

University of St. Michael's College



3 1761 08051754 3



TRANSFERRED



NOUVELLE
REVUE THÉOLOGIQUE.

TOME XVIII. — 1886.

Imprimi potest.

Tornaci, die 11 Februarii 1886.

† ISID.-JOS., Ep. Tornac.

†

Attenta Censorum Ordinis approbatione imprimi potest.

Romæ, die 11 Februarii 1886.

Antverpiæ, die 11 Februarii 1886.

FR. BERNARDUS AB ANDERMAT.

Ord. Capuc. Min. Gener.

FR. COELESTINUS A VIROV.

Min. Prov. Fr. Min. Capuc. Ind.

NOUVELLE REVUE THÉOLOGIQUE

OU SÉRIE D'ARTICLES ET DE CONSULTATIONS

SUR LE DROIT CANON,
LA LITURGIE, LA THÉOLOGIE MORALE, ETC.

PUBLIÉE SOUS LA DIRECTION

du **R. P. PIAT** de Mons,

De l'Ordre des Frères Mineurs Capucins,
Lecteur de Théologie morale et de droit canonique
(M. le Chanoine LOISEAUX, ancien professeur de droit Canonique et d'histoire
ecclésiastique au Séminaire de Tournai),

ET DE

M. J. PLANCHARD,


vicaire général d'Angoulême.

AVEC APPROBATION DE L'ÉVÊCHÉ DE TOURNAI

Honorée d'un Bref de Sa Sainteté Pie IX.

TOME XVIII. — 1886

PARIS
LIBR. INTERNATIONALE - CATHOLIQUE
Rue Bonaparte, 66



LEIPZIG
L. - A. KITTLER, COMMISSIONNAIRE
Querstrasse, 34

V^{ve} H. CASTERMAN
ÉDITEUR PONTIFICAL, IMPRIMEUR DE L'ÉVÊCHÉ
TOURNAI

1886

TOUS DROITS RÉSERVÉS.

NOUVELLE REVUE THÉOLOGIQUE.

I.

BULLE DU JUBILÉ.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII
LITTERÆ ENCYCLICÆ
QUIBUS EXTRAORDINARIUM JUBILEUM INDICITUR.



VENERABILIBUS FRATRIBUS PATRIARCHIS, PRIMATIBUS,
ARCHIEPISCOPIIS, EPISCOPIIS ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS
GRATIAM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES.

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Quod auctoritate Apostolica semel jam atque iterum
decrevimus, ut annus sacer toto orbe christiano extra
ordinem ageretur, oblatis bono publico cælestium munerum
thesauris, quorum est in Nostra potestate dispensatio, idem

placet in annum proximum, Deo favente, decernere. — Cujus utilitas rei fugere vos, Venerabiles Fratres, nequaquam potest gnaros temporum ac morum : sed quædam singularis ratio facit, ut in hoc consilio Nostro major, quam fortasse alias, inesse opportunitas videatur. — Nimirum cum de civitatibus superiore epistola Encyclica docuerimus, quanti intersit eas ad veritatem formamque christianam propius accedere, intelligi jam licet quam sit huic ipsi proposito Nostro consentaneum dare operam, quibuscumque rebus possumus, ut vel excitentur homines ad christianas virtutes, vel revocentur. Talis est enim civitas, qualis populorum fingitur moribus : et quemadmodum aut navigii aut ædium bonitas ex singularum pendet bonitate aptaque suis locis collocatione partium, eodem fere modo rerum cursus publicarum rectus et sine offensione esse non potest, nisi rectam vitæ cives consequantur viam. Ipsa disciplina civilis, et ea omnia quibus vitæ publicæ constat actio, nonnisi auctoribus hominibus nascuntur, intereunt : homines autem suarum solent opinionum morumque expressam imaginem iis rebus affingere. Quo igitur eis præceptis Nostri et imbuantur penitus animi, et, quod caput est, quotidiana vita singulorum regatur, entendum est ut singuli inducant animum christiane sapere, christiane agere, non minus publice quam privatim.

Atque in ea re tanto major est adhibenda contentio, quanto plura impendent undique pericula. Non enim exiguum partem magnæ illæ patrum nostrorum virtutes cessere : cupiditates, quæ per se vim habent maximam, majorem licentia quæsi verunt : opinionum insania, nullis aut parum aptis compressa frenis, manat quotidie longius : ex iis ipsis, qui recte sentiunt, plures præpostero quodam pudore deteriti non audent id quod sentiunt libere profiteri, multoque minus reipsa perficere : deterrimorum vis exemplorum in

mores populares passim influit : societates hominum non honestæ, quæ a Nobismetipsis alias designatæ sunt, flagitiosarum artium scientissimæ, populo imponere, et quotquot possunt, a Deo, a sanctitate officiorum, a fide christiana abstrahere atque abalienare contendunt.

Tot igitur prementibus malis, quæ vel ipsa diuturnitas majora facit, nullus est Nobis prætermittendus locus, qui spem sublevationis aliquam afferat. Hoc consilio et hac spe sacrum Jubilæum indicturi sumus, monendis cohortandisque quotquot sua est cordi salus, ut colligant paullisper sese, et demersas in terram cogitationes ad meliora traducant. Quod non privatis solum, sed toti futurum est reipublicæ salutare, propterea quod quantum singuli profecerint in animi perfectione sui, tantumdem honestatis ac virtutis ad vitam moresque publicos accedet.

Sed optatum rei exitum videtis, Venerabiles Fratres, in opera et diligentia vestra magnam partem esse positum, cum apte studioseque populum præparare necesse sit ad fructus, qui propositi sunt, rite percipiendos. -- Erit igitur caritatis sapientiæque vestræ lectis sacerdotibus id negotium dare, ut piis concionibus ad vulgi captum accommodatis multitudinem erudiant, maximeque ad pœnitentiam cohortentur, quæ est, auctore Augustino, *bonorum et humilium fidelium pœna quotidiana, in qua pectora tundimus, dicentes : Dimitte nobis debita nostra* (1). Pœnitentiam, quæque pars ejus est, voluntariam corporis castigationem non sine causa primo commemoramus loco. Nostis enim morem sæculi : libet plerisque delicate vivere, viriliter animoque magno nihil agere. Qui cum in alias incidunt miserias multas, tum fingunt sæpe caussas, ne salutaribus Ecclesiæ legibus obtemperent, onus rati sibi gravius, quam

(1) Epist. 108.

tolerari possit, impositum, quod vel abstinere certo ciborum genere, vel jejunium servare paucis anni diebus jubeantur. Hac enervati consuetudine, mirum non est si sensim totos se cupiditatibus dedant majora poscentibus. Itaque lapsos aut proclives ad mollitiam animos consentaneum est ad temperantiam revocare : proptereaque, qui ad populum dicturi sunt, diligenter et enucleate doceant, quod non modo Evangelica lege, sed etiam naturali ratione præcipitur, imperare sibimetipsi et domitas habere cupiditates unumquemque oportere : nec expiari, nisi pœnitendo, posse delicta. — Et huic, de qua loquimur, virtuti, ut diuturna permaneat, non inepte consultum fuerit, si rei stabiliter institutæ quasi in fidem tutelamque tradatur. Quo id pertineat, facile, Venerabiles Fratres, intelligitis : illuc scilicet, ut sodalium Franciscalium ordinem Tertium, quem *sæcularem* nominant, in Diœcesi quisque vestra tueri et amplificare perseveretis. Profecto ad conservandum alendumque pœnitentiæ in christiana multitudine spiritum, plurimum omnino valitura sunt exempla et gratia *Francisci Assisiensis* patris, qui cum summa innocentia vitæ tantum conjunxit studium castigandi sui, et Jesu Christi crucifixi imaginem non minus vita et moribus, quam impressis divinitus signis retulisse videatur. Leges ejus Ordinis, quas opportune temperavimus, longe sunt ad perferendum leves : momentum ad christianam virtutem habent non leve.

Deinde vero in his privatis publicisque tantis necessitatibus, cum tota spes salutis utique in patrocinio tutelaque Patris cælestis consistat, magnopere vellemus, studium precandi constans et cum fiducia conjunctum reviviscere. — In omni magno christianæ reipublicæ tempore, quoties Ecclesiæ usuvenit, ut vel externis periculis, vel intestinis premeretur incommodis, præclare majores nostri, sublatis in cælum suppliciter oculis, docuerunt, qua ratione et unde

lumen animi, unde vim virtutis et apta temporibus adju-
 menta petere oporteret. Inhærebant enim penitus in men-
 tibus illa Jesu Christi præcepta, *Petite et dabitur vobis* (1);
oportet semper orare et non deficere (2). Quibus resonat
 Apostolorum vox : *Sine intermissione orate* (3) : *obsecro*
igitur primum, omnium fieri obsecrationes, orationes,
postulationes, gratiarum actiones pro omnibus homi-
nibus (4). Quam ad rem non minus acute quam vere illud
 Joannes Chrysostomus scriptum per similitudinem reliquit :
 quo modo homini, cum nudus idemque egens rebus omnibus
 suscipiatur in lucem, manus natura dedit, quarum ope res
 ad vitam necessarias sibi compararet; ita in iis, quæ sunt
 supra naturam, cum nihil per se ipse possit, largitus est
 Deus orandi facultatem qua ille sapienter usus, omnia quæ
 ad salutem requiruntur, facile impetraret. — His ex rebus
 singuli statuite, Venerabiles Fratres, quam sit gratum et
 probatum Nobis studium vestrum in provehenda sacratis-
 simi *Rosarii* religione his præsertim proximis annis, Nobis
 auctoribus, positum. Neque est silentio prætereunda pietas
 popularis, quæ omnibus fere locis videtur in eo genere
 excitata : ea tamen ut magis inflammetur ac perseveranter
 retineatur, summa cura videndum est. Idque si insistimus
 hortari, quod non semel idem hortati sumus, nemo mira-
 bitur vestrum, quippe qui intelligitis, quanti referat,
Rosarii Marialis apud christianos florere consuetudinem,
 optimeque nostis, eam esse hujus ipsius spiritus precum, de
 quo loquimur, partem et formam quamdam pulcherrimam,
 eandemque convenientem temporibus, usu facilem, utilitate
 uberrimam.

Quoniam vero Jubilæi prior et maximus fructus, id quod

(1) Matth., vii, 7.

(2) Luc. xviii, 1.

(3) 1. Thessal., v, 17.

(4) Timoth., ii, 1.

supra indicavimus, emendatio vitæ et virtutis accessio esse debet, necessariam nominatim censemus ejus fugam mali, quod ipsis superioribus litteris Encyclicis designare non prætermisimus. — Intestina intelligimus ac prope domestica nonnullorum ex nostris dissidia, quæ caritatis vinculum, vix dici potest quanta cum pernicie animorum, solvunt aut certe relaxant. Quam rem ideo rursus commemoravimus hoc loco apud vos, Venerabiles Fratres, ecclesiasticæ disciplinæ mutuæque caritatis custodes, quia ad prohibendum tam grave incommodum volumus vigilantiam auctoritatemque vestram perpetuo esse conversam. Monendo, hortando, increpando date operam, ut omnes *solliciti sint servare unitatem spiritus in vinculo pacis*, utque redeant ad officium, si qui sunt dissidiorum auctores, illud in omni vita cogitantes. Unigenitum Dei Filium in ipsa supremorum appropinquatione cruciatuum nihil a Patre contendisse vehementius quam ut inter se diligerent, qui crederent aut credituri essent in eum, *ut omnes unum sint, sicut tu Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint* (1).

Itaque de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, ex illa ligandi atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus licet indignis contulit, universis et singulis utriusque sexus Christi fidelibus plenissimam peccatorum omnium indulgentiam, ad generalis Jubilæi modum, concedimus, ea tamen conditione et lege, ut intra spatium anni proximi MDCCCLXXXVI hæc, quæ infra scripta sunt, effecerint.

Quotquot Romæ sunt cives hospitesve Basilicam Lateranensem, item Vaticanam et Liberianam *bis* adeant : ibique aliquandiu pro Ecclesiæ catholicæ et hujus Apostolicæ

(1) Jo., xvii, 21.

Sedis prosperitate et exaltatione, pro extirpatione hæresum omniumque errantium conversione, pro christianorum Principum concordia ac totius fidelis populi pace et unitate, secundum mentem Nostram pias ad Deum preces effundant. Iidem duos dies esurialibus tantum cibus utentes jejument, præter dies in quadragesimali indulto non comprehensos, aut alias simili stricti juris jejunio ex præcepto Ecclesiæ consecratos : præterea peccata sua rite confessi sanctissimum Eucharistiæ sacramentum suscipiant, stipemque aliquam pro sua quisque facultate, adhibito in consilium Confessario, in aliquod pium conferant opus, quod ad propagationem et incrementum fidei catholicæ pertineat. Integrum unicuique sit, quod malit, optare : duo tamen designanda nominatim putamus, in quibus erit optime collocata beneficentia, utrumque, multis locis, indigens opis et tutelæ, utrumque civitati non minus quam Ecclesiæ fructuosum; nimirum *privatas puerorum scholas, et Seminaria Clericorum.*

Ceteri vero omnes extra Urbem ubicumque degentes tria templa, a vobis, Venerabiles Fratres, aut a vestris Vicariis seu Officialibus, aut de vestro eorumve mandato ab iis qui curam animarum exercent designanda, *bis*, vel, duo tantum si templa fuerint, *ter*, vel, si unum, *sexies*, dicto temporis intervallo adeant; item alia opera omnia, quæ supra commemorata sunt, peragant. Quam indulgentiam etiam animabus, quæ Deo in caritate conjunctæ ex hac vita migraverint, per modum suffragii applicari posse volumus. Vobis præterea potestatem facimus, ut Capitulis et Congregationibus tam sæcularium quam regularium, sodalitatibus, confraternitatibus, universitatibus, collegiis quibuscumque memoratas Ecclesias processionaliter visitantibus, easdem visitationes ad minorem numerum pro vestro prudenti arbitrio reducere possitis.

Concedimus vero ut navigantes et iter agentes, ubi ad

sua domicilia vel alio ad certam stationem sese receperint, visitato *sexies* templo maximo seu parochiali, ceterisque operibus, quæ supra præscripta sunt, rite peractis, eandem indulgentiam consequi queant. — Regularibus vero personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, nec non aliis quibuscumque tam laicis, quam ecclesiasticis, qui carcere, infirmitate corporis, aut alia qualibet justa causa impediuntur, quominus memorata opera, vel eorum aliqua præsent, concedimus, ut ea Confessarius in alia pietatis opera commutare possit, facta etiam potestate dispensandi super Communionem cum pueris nondum ad primam Communionem admissis. Insuper universis et singulis Christi fidelibus, tam laicis quam ecclesiasticis, sæcularibus ac regularibus cujusvis Ordinis et Instituti, etiam specialiter nominandi, facultatem concedimus, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque presbyterum Confessarium tam sæcularem quam regularem ex actu approbatis : qua facultate uti possint etiam Moniales, Novitiæ, aliæque mulieres intra claustra degentes, dummodo Confessarius approbatus sit pro monialibus. — Confessariis autem, hac occasione et durante hujus Jubilæi tempore tantum, omnes illas ipsas facultates largimur, quas largiti sumus per litteras Nostras Apostolicas *Pontifices maximi* datas die xv mensis Februarii anno MDCCCLXXIX, iis tamen omnibus exceptis, quæ in eisdem litteris excepta sunt.

Ceterum summa cura studeant universi magnam Dei parentem præcipuo per id tempus obsequio cultuque demereri. Nam in patrocinio sanctissimæ Virginis a *Rosario* sacrum hoc Jubilæum esse volumus : ipsaque adjutrice confidimus, non paucos futuros, quorum animus deteresa admissorum labe expiatur, fideque, pietate, justitia non modo in spem salutis sempiternæ, sed etiam in auspiciis pacatoris ævi renovetur.

Quorum beneficiorum cælestium auspicem paternæque Nostræ benevolentiaë testem vobis, et Clero populoque universo vestraë fidei vigilantiaëque commisso apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum, die XXII Decembris anno MDCCCLXXXV, Pontificatus Nostri Octavo.

LEO PP. XIII.



II.

EXTRAIT

DE

LA CONSTITUTION *PONTIFICES MAXIMI*

DU 15 FÉVRIER 1879.

Le Souverain Pontife déclare, dans la Bulle *Quod auctoritate apostolica*, accorder aux Confesseurs, pour le Jubilé actuel, les pouvoirs spécifiés dans la Bulle *Pontifices Maximi*, du 15 février 1879, dans toute leur étendue et avec toutes leurs restrictions. Nous donnons ici le passage de cette Bulle qui les détermine :

.....


Insuper omnibus et singulis Christi fidelibus tam laicis quam Ecclesiasticis, sæcularibus et regularibus, cujusvis Ordinis et Instituti etiam specialiter nominandi, licentiam concedimus et facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium, tam sæcularem quam regularem, ex actu approbatis (qua facultate uti possint etiam Moniales, Novitiæ, aliæque mulieres intra Claustra degentes, dummodo Confessarius approbatus sit pro Monialibus), qui eosdem vel easdem, intra dictum temporis spatium, ad confessionem apud ipsum peragendam accedentes animo præsens Jubilæum consequendi, et reliqua opera ad illud lucrandum necessaria adimplendi, hac vice et in foro conscientie duntaxat ab excommunicationis, su-

suspensionis, et aliis Ecclesiasticis sententiis et censuris a jure vel ab homine quavis de causa latis seu inflictis, etiam Ordinariis locorum et Nobis seu Sedi Apostolicæ, etiam in casibus cuicumque ac Summo Pontifici et Sedi Apostolicæ *speciali licet modo* reservatis, et qui alias in concessione quantumvis ampla non intelligerentur concessi, nec non ab omnibus peccatis et excessibus quantumcumque gravibus et enormibus, etiam iisdem Ordinariis ac Nobis et Sedi Apostolicæ, ut præfertur, reservatis, injuncta ipsis pœnitentia salutari aliisque de jure injungendis, et, si de hæresi agatur, abjuratis prius et retractatis erroribus, prout de jure, absolvere; nec non vota quæcumque etiam jurata ac Sedi Apostolicæ reservata (castitatis, religionis et obligationis, quæ a tertio acceptata fuerint, seu in quibus agatur de præjudicio tertii semper exceptis, nec non pœnalibus, quæ præservativa a peccato nuncupantur, nisi commutatio futura judicetur ejusmodi, ut non minus a peccato committendo refrenet, quam prior voti materia) in alia pia et salutaria opera commutare, et cum pœnitentibus hujusmodi in sacris ordinibus constitutis, etiam regularibus, super occulta irregularitate ad exercitium eorundem ordinum, et ad superiorum assecutionem, ob censurarum violationem dumtaxat contracta, dispensare possit et valeat.

Non intendimus autem per præsentis super alia quavis irregularitate sive ex delicto, sive ex defectu, vel publica, vel occulta, aut nota, aliave incapacitate, aut inhabilitate quoquomodo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere super præmissis dispensandi, seu habilitandi et in pristinum statum restituendi etiam in foro conscientiæ; neque etiam derogare Constitutioni cum apposis declarationibus editæ a fel. rec. Benedicto XIV Prædecessore Nostro, quæ incipit - *Sacramentum Pœnitentiæ*; - neque demum easdem præsentis iis, qui a Nobis, et Apostolica

Sede, vel aliquo Prælato, seu iudice ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias et censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi intra prædictum tempus satisfecerint, et cum partibus, ubi opus fuerit, concordaverint, ullo modo suffragari posse aut debere. Quod si intra præfinitum terminum, iudicio Confessarii, satisfacere non potuerint, absolvi posse concedimus in foro conscientiae ad effectum duntaxat assequendi Indulgentias Jubilæi, injuncta obligatione satisfaciendi statim ac poterunt.

}



III.

DÉCLARATIONS

DE

LA S. PÉNITENCERIE TOUCHANT LE JUBILÉ.

Sacra Pœnitentiaria de mandato SSmi Domini Nostri Leonis Papæ XIII sequentes declarationes edit pro Jubilæo hujus anni 1886.

I. Jejunium pro Jubilæo consequendo præscriptum adimpleri non posse diebus stricti juris jejuniis reservatis, nec diebus quatuor temporum per annum, et nisi adhibeantur cibi esuriales, vetito usu, circa qualitatem ciborum, cujuscumque indulti seu privilegii, etiam Bullæ Cruciatæ. In iis vero locis ubi cibis esurialibus uti difficile sit, Ordinarios posse indulgere ut ova et lacticia adhibeantur, servata in ceteris jejunii ecclesiastici forma.

II. Christifidelibus cum Capitulis, Congregationibus, Confraternitatibus, Collegiis, nec non cum proprio Parocho aut Sacerdote ab eo deputato Ecclesias pro lucrando Jubilæo processionaliter visitantibus, applicari posse ab Ordinariis Indultum in Litteris Apostolicis iisdem Capitulis, Congregationibus, etc. concessum.

III. Una eademque Confessione et Communionem non posse satisfieri præcepto paschali et simul acquiri Jubilæum.

IV. Jubilæum, quoad plenariam Indulgentiam, bis aut pluries acquiri posse, injuncta opera bis aut pluries iterando; semel vero, id est prima tantum vice quoad ceteros favores, nempe absolutiones a censuris et a casibus reservatis, commutationes aut dispensationes.

V. Ad injunctas visitationes exequendas designari posse etiam Capellas et Oratoria, dummodo sint publico cultui addicta et in iis soleat Missa celebrari.

VI. Visitationes ad lucrandum Jubilæum indictas, dummodo præscripto numero fiant, institui posse pro lubitu fidelium sive uno sive diversis diebus.

VII. Posse lucrari Jubilæum eos qui conditiones præscriptas partim in una diœcesi, partim in alia quacumque ex causa adimplent aut perficiunt, si observent ordinationes Ordinariorum locorum.

VIII. Confessarios uti non posse facultatibus extraordinariis per litteras apostolicas concessis cum iis qui petunt absolvi et dispensari, sed nolunt adimplere opera injuncta et lucrari Jubilæum.

Datum Romæ in Sacra Pœnitentiaria die 15 Januarii 1886.

RAPHAEL CARD. MONACO LA VALLETTA
MAJOR PŒNITENTIARIUS.

Hypopolitus Can. Palombi Secretarius.



COMMENTAIRE
DE
LA BULLE DU JUBILÉ.

Nous croyons faire plaisir à nos lecteurs en publiant immédiatement un Commentaire assez complet de cette Bulle. Nous leur éviterons plus d'un doute, et peut-être aussi plus d'une erreur involontaire, dans l'accomplissement des conditions ou l'usage des pouvoirs accordés. De simples notes ajoutées à la Bulle nous ont paru insuffisantes, à cause de l'importance de la matière; des renvois trop nombreux à l'excellent *Traité Canonique et pratique du Jubilé*, ou aux volumes précédents de la *Revue*, forceraient le lecteur à compulsier plusieurs volumes, à comparer des décisions et des textes, et tous n'ont pas le temps de faire ce travail.

Nous divisons ce commentaire en deux parties : *Première partie* : De l'indulgence du Jubilé et de ses conditions. *Deuxième partie* : Des privilèges du Jubilé. — Mais avant tout nous donnerons quelques notions générales sur les Jubilés.

NOTIONS PRÉLIMINAIRES.

I. DU JUBILÉ EN GÉNÉRAL.

Définition du Jubilé. — Ce qui le distingue des indulgences plénières.

1. — Le Jubilé était pour les Juifs une année de miséricorde, d'indulgence et de rémission. Toutes les dettes étaient

remises ; les anciens propriétaires rentraient dans la possession de leurs biens ; les esclaves recouvraient la liberté. Sous la loi nouvelle, l'Église, toujours attentive à pourvoir aux besoins de ses enfants, leur ouvre de temps en temps ses trésors et leur accorde des jours de grâce et de salut. Elle leur offre les moyens de s'acquitter des dettes, hélas ! trop nombreuses qu'ils ont contractées envers la Justice divine, de sortir de l'esclavage du démon et de recouvrer les biens de la grâce. C'est là le Jubilé.

Les auteurs définissent le Jubilé : une indulgence plénière accordée par les Souverains Pontifes, avec des privilèges spéciaux, sous la condition d'accomplir des œuvres déterminées : *Totalis pœnæ temporalis peccatis actualibus debitæ remissio ex Ecclesie thesauro per indultum pontificium concessum cum nonnullis privilegiis Christifidelibus qui certis piis operibus vacaverint*, dit Théodore du Saint-Esprit (1).

2. — Nous n'avons pas à expliquer cette définition à nos lecteurs, mais eux-mêmes peuvent avoir à l'expliquer aux autres ; car les Souverains Pontifes ont fréquemment recommandé aux pasteurs et aux missionnaires d'expliquer aux fidèles la doctrine de l'Église sur les indulgences et le Jubilé. Pour cela, ils n'ont qu'à prendre les diverses parties de la définition, et leur dire la nature d'une indulgence plénière, le droit, et le droit exclusif, que les Souverains Pontifes ont de l'accorder, les privilèges spéciaux et l'abondance de prières et de grâces qui distinguent l'indulgence du Jubilé des autres indulgences plénières. Ils trouveront, du reste, dans les Bulles des Souverains Pontifes tout ce qu'il faut pour les guider : citons seulement Benoît XIV (2) :

(1) *De Jubilæo*, Cap. 1, § 1, num. 6.

(2) *Const. Apostolica*, 26 junii 1749, § 13.

Illud vero Evangelicis Missionum Operariis inculcamus, ut Catecheses ad populum habeant, in quibus Catholicam de Indulgentiis ac universali Jubilæo doctrinam explicent, iis posthabitis quæstionibus, quæ ad puram putamque disceptationem a Polemicæ vel Moralis Theologiæ Tractatoribus agitantur. Satis enim erit fidei populo, si bene norit, Sacramento Pœnitentiæ, modo quis bene illo utatur, culpam pœnamque æternam dimitti; temporalem vero pœnam universam perraro tolli, quæ idcirco aut satisfactoriis operibus in hac vita, aut post obitum Purgatorii igne superest eluenda : ut docet sacra Synodus Tridentina *Sess. 6, cap. 14, et Can. 30 ejusdem Sessionis, sub titulo de Justificatione*. Satis item erit, si Christianæ plebi innotescat, adesse in Ecclesia indeficientem thesaurum, ex immensa meritorum Christi copia conflatum, cui et alia Sanctorum accedunt merita; hujusce vero thesauri dispensationem, ab eodem Christo Domino, ejus in terris Vicario, hoc est Romano Pontifici, fuisse conceditam; ideoque provide Romani Pontificis consilio, justis causis ita suadentibus, modo ampliorem, modo contractiorem fieri posse meritorum applicationem, sive per modum Absolutionis pro vivis, sive pro mortuis per modum suffragii : si tamen viventes culpam pœnamque æternam per pœnitentiam deleverint; defuncti vero, Deo in charitate conjuncti ex hac vita migraverint. Porro hæc meritorum applicatio Indulgentiæ nomine donatur; quam quisquis rite consequitur, a temporali peccatorum pœna liberatur pro mensura applicationis, quam legitimus Dispensator concessit ac definivit; ut legimus in Summorum Pontificum Constitutionibus, ac, præ cæteris, in celeberrima Decretali Leonis X Prædecessoris nostri ad Cardinalem Thomam de Vio, alias Cajetanum, quo tempore Legati Apostolici munere in Germania fungebatur. Ex quo sequitur, ut Christifidelibus utilis admodum sit Indulgentiarum usus, ideoque diro anathemate damnanda sit prava illorum sententia, qui aut Indulgentiarum utilitatem denegant, aut Ecclesiæ Indulgentias conferendi adimunt potestatem, ut statuit Concilium Tridentinum *Sess. 25, in Decreto de Indulgentiis*. Postremo monendus erit

Christianus populus, Indulgentiam Anni Jubilæi Plenariam esse, atque ab aliis item Plenariis, quæ etiam per modum Jubilæi dispensantur, secerni, quod Sacro Jubilæi Anno Confessariis ad id muneris designatis amplior tribuatur facultas cum absolvendi a peccatis, tum dispensandi super vinculis ac impedimentis quibusdam, quibus non semel pœnitentium conscientia irretitur.

Léon XII a emprunté à Benoît XIV tout ce passage, et l'a reproduit à peu près mot à mot dans sa Bulle *Charitate Christi*, du 25 décembre 1825. Il y a seulement ajouté une pensée : après avoir dit, comme Benoît XIV, que l'indulgence du Jubilé se distingue des autres indulgences plénières par les privilèges qui permettent au pénitent d'obtenir plus facilement l'absolution de ses péchés et la dispense des vœux ou des liens qui trop souvent embarrassent sa conscience, il trouve une seconde différence dans l'abondance des grâces et des miséricordes divines, qu'attirent avec plus d'efficacité les prières et la pénitence de tout le peuple chrétien : - Dum autem universi populi Christiani in cœlum ascendit deprecatio, certior in omnes ampliorque placati pœnitentia Domini descendit miseratio. - C'est une pensée sur laquelle les prédicateurs peuvent insister avec fruit.

II. DIVISION DU JUBILÉ.

Jubilé ordinaire; Jubilé extraordinaire.

Après la définition du Jubilé en général, nous aurions à distinguer avec les auteurs le Jubilé *ordinaire* et le Jubilé *extraordinaire*.

3. — Le Jubilé *ordinaire* est celui qui revient à Rome tous les vingt-cinq ans, qui dure une année, et qu'on appelle aussi le *Jubilé de l'année sainte*. On trouve énumérées dans les Bulles des Papes, les causes qui les ont portés à

établir ce Jubilé, et les fins qu'ils ont voulu atteindre. Ils se sont proposé, dit Benoît XIV, de rappeler aux fidèles à des intervalles réguliers, la crainte des jugements de Dieu, et de les exciter à travailler avec plus de zèle au salut de leurs âmes : - Bene ac sapienter prædecessores nostri romani Pontifices certa quædam tempora in sæculorum evolutione delegerunt, quibus universos per orbem terrarum Christi fideles, de ingruente mundi fine commonefactos, majori studio excitarent ad redimenda peccata, ad salvandas animas (1). - Ils ont voulu les fortifier par l'abondance des grâces et des trésors célestes, qui leur sont offerts en ce temps de salut : - Ut fideles spiritualium largitione munerum... senserint se refertos (2). - Ils ont cherché à augmenter la dévotion envers les tombeaux des saints Apôtres : « Ut beatissimi Petrus et Paulus Apostoli eo amplius honorentur, quo ipsorum basilicæ de urbe devotius fuerint a fidelibus frequentatæ (3). - Enfin, ils ont eu en vue de resserrer les liens de l'unité catholique en appelant à Rome, de toutes les parties de la terre, tous les enfants de l'Église, autour du Vicaire de Jésus-Christ, le Pasteur des Pasteurs : - Confertissimos vidimus fidelium greges, nostris pedibus circumfusus, in persona humilitatis nostræ Vicariam Christi potestatem venerari, ac Beati Petri apostolatam, cujus dignitas in indigno hærede non deficit, effusis filialis obsequii significationibus prosequi (4). -

L'année sainte expirée, le Jubilé ordinaire est étendu à tout l'univers, et Benoît XIV nous dit encore pour quels motifs : - Ut scilicet (*Deus*) Ecclesiam ipsam catholicam et regnum Filii sui per totum terrarum orbem et sanctitate et

(1) Benoît XIV, Const. *Peregrinantes*, § 2, 5 mai 1749.

(2) Boniface VIII, Extrav. *Antiquorum*. Cap. 1. *De Pœnitent. et remiss.*

(3) Boniface VIII, *ibid.*

(4) Benoît XIV, *Benedictus Deus*, in Procem., 25 déc. 1750.

amplitudine exaltet; ut cunctis mundum purget erroribus; ut inter Christianos principes concordiam et pacem confirmet; universamque Christi sui plebem ab omni mundana adversitate defendens, ad æternæ salutis portum dirigat atque perducat... Decrevimus universos Christi fideles in hujusmodi votorum societatem adscire,... ad id assequendum animarum suarum maculas per pœnitentiam eluendo se comparabunt, ac pio devotionis affectu ferventes, debitaque erga Sedem Apostolicam observantiæ specimen in hoc ipso præ se ferentes, injuncta pietatis et religionis opera exercebunt (1). ~

4. — Le Jubilé *extraordinaire* n'a point la solennité du précédent, il ne vient pas non plus à des époques régulières. Les Souverains Pontifes l'accordent quand ils le jugent à propos, pour des circonstances et des causes spéciales. Ainsi, il est d'usage depuis Sixte V que tous les Souverains Pontifes accordent un Jubilé extraordinaire après leur promotion, afin d'attirer les bénédictions de Dieu sur leur Pontificat; trois seulement s'en sont abstenus : Pie VI, parce qu'il fut élu au commencement de l'année sainte, dont il publia le Jubilé; Pie VII, à cause des guerres de l'Italie, qui ne lui permirent pas même de publier le Jubilé de l'année sainte; et Léon XII, parce que l'année sainte était très rapprochée. Deux papes, Pie IV et Pie IX, ont publié un Jubilé pour obtenir l'assistance spéciale de l'Esprit-Saint et l'heureuse issue, le premier du Concile de Trente, le second du Concile du Vatican. Un très grand nombre de Jubilés extraordinaires ont été accordés pour obtenir la cessation d'une persécution ou d'autres calamités qui affligeaient l'Église; qu'il nous suffise de citer les Jubilés accordés par Pie IX en 1851 et en 1854, par Léon XIII en 1881. Enfin, c'est parfois une

(1) Benoît XIV, *Benedictus Deus*, in Proœm., § 1, 25 déc. 1750.

faveur spéciale obtenue du ciel qui détermine le Souverain Pontife à demander aux fidèles de se joindre à lui pour rendre grâces à Dieu; c'est ainsi qu'en 1630, Urbain VIII donna un Jubilé pour remercier Dieu de ce qu'il avait préservé Rome de la peste, de la famine et de la guerre.

III. DU JUBILÉ ACTUEL.

Ses causes; sa durée; sa publication.

5. — Les causes du Jubilé sont trop nettement exposées pour que nous ayons à insister. Le Souverain Pontife rappelle l'Encyclique récemment publiée sur la Constitution chrétienne des États, et après avoir dit combien il est important que les sociétés se rapprochent de plus en plus des principes du gouvernement chrétien, il en tire comme conséquence la nécessité d'exciter ou de ramener les hommes à la pratique des vertus du christianisme : - *Talis est enim civitas, qualis populorum fingitur moribus.* - L'Encyclique énumère ensuite les périls de plus en plus grands que courent les âmes dans nos temps malheureux, et invite à y apporter le remède de la pénitence et de la prière.

6. — Nous n'avons pas à nous étendre sur cette partie de l'Encyclique. Disons seulement que le Jubilé indiqué par le Souverain Pontife durera toute l'année 1886; les fidèles ont tout ce temps pour accomplir les œuvres prescrites et gagner l'indulgence. Ils ne sont nullement obligés à choisir un mois ou une semaine plutôt qu'une autre.

7. — On remarquera sans doute qu'une disposition propre à tous les Jubilés extraordinaires a été omise cette fois : nous voulons parler du paragraphe qui prescrivait aux Ordinaires, en vertu de la sainte obéissance, de publier la Bulle. L'intervention de l'Ordinaire n'est requise que pour

la désignation des églises. Cette omission ne peut être qu'intentionnelle; nous croyons donc que le Jubilé s'ouvre avec l'année 1886, avant même la publication par les Ordinaires. Seulement, il est bien entendu que la visite des églises, dans les localités qui en comptent plus de trois, ne peut être faite avant une désignation régulière.

IV. PRINCIPES GÉNÉRAUX D'INTERPRÉTATION.

8. — Nos lecteurs savent combien de questions surgissent dans l'interprétation des conditions et des privilèges du Jubilé. Les décisions du Saint-Siège ont certainement tranché un grand nombre de doutes, mais il ne faut pas se dissimuler qu'il reste des difficultés non résolues; disons même avec Benoît XIV qu'il y en aura toujours. Aussi rappellerons-nous ici quelques principes généraux, qui nous paraissent propres à guider notre marche et à éclairer la discussion.

9. — Parmi les Souverains Pontifes qui ont cru nécessaire d'interpréter authentiquement les Constitutions par lesquelles ils avaient accordé un Jubilé, Benoît XIV tient le premier rang. Les Constitutions *Cum Nos nuper*, *Convocatis*, *Inter præteritos*, *Celebrationem*, forment un trésor inépuisable pour le Canoniste. Mais il ne faut pas oublier qu'elles n'ont pas eu pour seul effet de trancher les questions débattues à l'occasion du Jubilé de 1750; les règles qu'elles posent doivent être suivies encore aujourd'hui. Il n'est plus possible de le contester actuellement : une décision de la S. Congrégation des Indulgences, prise le 6 février 1852, confirmée par Pie IX le 15 mars de la même année, et publiée sous forme d'un décret général notifié à tous les Ordinaires, déclare que *toutes les règles tracées par Benoît XIV doivent être observées dans les Jubilés ordi-*

naires et extraordinaires, à moins que la Bulle du Jubilé n'y soit contraire.

An scilicet in Jubilæo tum ordinario tum extraordinario servandæ sint omnes regulæ a S. P. Benedicto XIV traditæ, quibus non adversatur Bulla Jubilæi?

R. *Affirmative* (1).

Inutile de commenter cette décision. Si les termes de la Bulle du Jubilé sont en contradiction avec une règle posée par Benoît XIV, c'est la Bulle du Jubilé qui prévaut. Si la Bulle garde le silence sur un point, il faut se rapporter aux déclarations de Benoît XIV.

Nous aurons bien souvent à rappeler cette règle, et elle nous sera du plus grand secours.

10. — Deuxième principe. Nous appuyant précisément sur Benoît XIV, nous regarderons comme indubitable qu'à moins d'une déclaration expresse du Souverain Pontife, les œuvres du Jubilé doivent être des œuvres de surrégation, en d'autres termes, qu'on ne peut gagner l'indulgence par une œuvre qui est déjà obligatoire à un autre titre. « In hac quæstione, *dit le Pontife*, sicut in cæteris omnibus, alii affirmant, alii negant;... Sed illa verior opinio esse videtur, quod acquiri nequeat indulgentia per opus ad quod præstandum ex alio titulo quis obligatur, nisi qui indulgentiam concedit nominatim dicat quod per prædictum opus acquiri possit (2). » C'est là, en effet, un principe applicable à toutes les indulgences, et la S. Congrégation des Indulgences l'a confirmé dans une décision du 29 mai 1841, IN BRIOECEN :

2º An possit per preces jam obligatorias, v. g. per horas cano-

(1) *Decreta authentica S. Congr. Indulg.*, Ratisbonæ, num. 353.

(2) *Const. Inter præteritos*, § 53.

nicas, satisfieri precibus a Summo Pontifice præscriptis ob lucrandam indulgentiam plenariam?

S. Congregatio... respondit :

Ad II^{um}. *Negative* (1).

11. — Nos lecteurs connaissent le principe du droit : *Odia restringi et favores convenit ampliari*, et la distinction entre l'interprétation *stricte* et l'interprétation *large* ou *favorable* d'un acte du Souverain Pontife. On pense bien que les Bulles du Jubilé ont dû soulever cette question, et que les auteurs ne pouvaient manquer de se demander si l'interprétation stricte est de rigueur, si l'interprétation large est possible. Rien de surprenant non plus à ce qu'ils se soient divisés. Nous croyons inutile de les suivre dans cette discussion (2); ils sont généralement d'accord sur un point : c'est qu'il ne faut pas s'écarter de la signification propre des termes employés par le Souverain Pontife : *Pontifex, quod voluit, expressit*, pouvons-nous dire avec l'un d'entre eux. Nous aurons à nous appuyer sur cette règle; nous croyons qu'elle nous suffit.

(1) *Decreta authentica S. Congr. Indulg.*, Ratisbonæ, num. 291.

(2) V. *Traité Canonique et pratique du Jubilé*, par J.-J. Loiseaux, chap. III, num. 4-8.

PREMIÈRE PARTIE.

DE L'INDULGENCE DU JUBILÉ ET DE SES CONDITIONS.

CHAPITRE I.

DE L'INDULGENCE DU JUBILE.

I. CETTE INDULGENCE EST APPLICABLE AUX DÉFUNTS.

12. — Il est de principe qu'une indulgence n'est applicable aux âmes du Purgatoire que lorsque le Souverain Pontife le déclare expressément. Autrefois, les Souverains Pontifes n'inséraient point cette déclaration dans les Bulles de Jubilé : on cite cependant Alexandre VI qui l'exprima pour le Jubilé de l'an 1500. Depuis Pie IX, elle est devenue d'usage, et Léon XIII l'a répétée dans tous les Jubilés de son Pontificat. La même concession se trouve dans la Bulle actuelle.

13. — Nous ne voyons sur ce point qu'une seule difficulté à exposer. Dans la Bulle de publication du Jubilé ordinaire de 1875, Pie IX s'était exprimé en ces termes :

... Ut plenissimam anni Jubilæi omnium peccatorum suorum indulgentiam, remissionem et veniam annuo temporis spatio superius memorato semel consequantur, misericorditer in Domino concedimus et impertimus, annuentes etiam ut hæc indulgentia animabus quæ Deo in charitate conjunctæ ex hac vita migraverint, per modum suffragii applicari possit ac valeat.

Dans le courant de l'année intervinrent la question et la décision suivantes :

An fidelis qui, expletis necessariis conditionibus pro lucrando Jubilæo, applicare cupiat plenariam indulgentiam pro alicujus anima defuncti. et ipse eodem tempore eandem consequatur indulgentiam?

Ex Audientia Sanctissimi, die 25 aprilis 1875.

Sanctitas Sua benigne declaravit Jubilæi indulgentiam cumulative pro se et defunctis lucrari posse (1).

En 1879, Léon XIII employa exactement la même formule, en ce qui concerne l'application de l'indulgence aux âmes des défunts : - *Annuentes etiam...* etc. - En 1881 et dans le Jubilé actuel, on peut remarquer une légère modification des expressions, sans importance pour le sens.

Devons-nous conclure que la décision du 25 avril 1875 est applicable à ces Jubilés ? On l'a dit dans les Jubilés précédents ; nous avouons que nous ne le croyons pas. Qu'on veuille bien remarquer que le Jubilé de 1875 était un Jubilé ordinaire, que l'indulgence ne pouvait être gagnée qu'une seule fois, *semel*, dit la Bulle, et on conviendra qu'il y avait, pour accorder l'application simultanée de cette indulgence au fidèle qui avait accompli les œuvres du Jubilé et aux âmes des défunts, une raison qui n'existe pas cette fois. En outre, les termes de la décision du 25 avril 1875 : - *Sanctitas sua benigne declaravit...* - peuvent très bien s'entendre d'une concession gracieuse du Souverain Pontife, et non d'une interprétation des expressions mêmes de la Bulle. Il est d'autant plus facile d'adopter ce sentiment que l'application simultanée d'une indulgence au fidèle qui pose les œuvres et aux âmes des défunts est une concession tout à fait inouïe, et qu'il ne faut pas aisément présumer.

1) S. Congr. des Indulg., *Nouv. Revue Théol.*, VII, page 476 (455).

II. L'INDULGENCE DU JUBILÉ PEUT ÊTRE GAGNÉE
PLUSIEURS FOIS.

14. — Les auteurs se sont souvent demandé si l'indulgence du Jubilé ne peut être gagnée qu'une fois, ou si la même personne la gagne autant de fois qu'elle accomplit, pendant la durée du Jubilé, les œuvres prescrites. Ils distinguent entre les différents Jubilés.

Benoît XIV a positivement statué que le Jubilé de *l'année sainte* se gagne plusieurs fois; Pie VI, en 1775, et Léon XII, en 1825, ont suivi son exemple.

Le Jubilé d'*extension* de l'année sainte ne se gagne qu'une fois, et la Bulle elle-même insère cette restriction, *semel* (1).

En ce qui concerne les Jubilés *extraordinaires*, la discussion théorique reste ouverte; en pratique, la question est tranchée par les déclarations de la Pénitencerie qui interviennent à chaque Jubilé. Cette fois, comme en 1879 et en 1881, la Pénitencerie déclare que l'indulgence du Jubilé peut être gagnée plusieurs fois.

Jubilæum quoad plenariam indulgentiam bis aut pluries acquiri posse, injuncta opera bis aut pluries iterando; semel vero. id est, prima tantum vice quoad ceteros favores, nempe absolutiones a censuris et casibus reservatis, commutationes et dispensationes.

Le second membre de phrase de cette déclaration ne concerne que la deuxième partie de notre travail; nous le donnons cependant, pour ne pas diviser la citation, et pour mettre le lecteur à même de se faire immédiatement une idée juste. En outre, nous voulons constater que cette déclaration de

(1) Nous venons de citer, num. 13, le passage de la Bulle de 1875.

la Pénitencerie n'est que le résumé de la règle posée par Benoît XIV pour le Jubilé de l'année sainte (1) :

Qui hoc anno bis aut pluries omnia et singula opera, vel primitus in hujus Jubilæi indictione præscripta, vel, superveniente forsitan aliquo indulto, ea quæ in ipsius indulti concessione pro ejusdem Jubilæi consecutione præscribentur, plene iteraverit; vel prius ad indictionis, deinde ad indulti formam, vel prius ad formam indulti unius, deinde ad alterius fortasse diversi formam, ut præfertur, iteraverit; bis quoque aut pluries poterit hoc Anni sancti Jubilæum lucrari. Nos enim, habita ratione annui spatii, ad quod hujusmodi Jubilæum protenditur, ita de apostolicæ liberalitatis plenitudine concedimus et indulgemus; hoc tamen declarantes, neminem posse nisi semel, id est, prima tantum vice, frui seu potiri favoribus huic Jubilæo adjunctis : quare post primam vicem nullus gaudere amplius poterit beneficio aut absolutionum a novis censuris et casibus reservatis de novo fortasse contractis, aut commutationum aut dispensationum in facultatibus superius positis contentarum.

Pie VI, en 1775 (2), Léon XII, en 1825 (3), ont renouvelé les mêmes dispositions. Puisque la Pénitencerie applique les mêmes déclarations, il est à présumer que cette pratique constituera une règle constante. Du reste, l'opinion la plus commune parmi les canonistes fait précisément cette distinction entre l'indulgence et les privilèges du Jubilé, et admet qu'à moins de l'insertion d'une clause contraire, l'indulgence peut être gagnée plusieurs fois, et que l'usage des privilèges est restreint à une seule.

(1) Const. *Convocatis*, num. llii.

(2) Const. *Ubi primum*, 26 fév. 1775, § 21.

(3) Const. *Annum auspiciatissimum*, 21 sept. 1824, num. xxxii.



CHAPITRE II.

DES CONDITIONS DE L'INDULGENCE.

15. — Les conditions imposées par le Souverain Pontife pour le Jubilé actuel sont au nombre de cinq : deux jeûnes, une aumône, la visite plusieurs fois répétée de certaines églises, la confession et la communion. Nous parlerons de chacune de ces conditions dans un article spécial; mais, auparavant, nous avons plusieurs observations utiles à présenter.

I. OBSERVATIONS GÉNÉRALES.

16. — La première de toutes, c'est qu'il est souverainement important d'expliquer avec précision aux fidèles les œuvres qu'ils ont à accomplir pour gagner l'indulgence, et de les mettre à même de se conformer à la volonté du Souverain Pontife avec une exactitude parfaite. Ce n'est pas là une question de bonne foi; la bonne foi excuse de péché, mais n'assure pas le gain d'une indulgence. C'est le cas de répéter ce que nous avons dit précédemment : *Pontifex, quod voluit, expressit*; le Souverain Pontife a entendu subordonner l'indulgence à l'accomplissement des conditions qu'il a posées.

La S. Congrégation des Indulgences a nettement affirmé ce principe le 18 février 1835, en parlant des indulgences en général :

Animadvertere hic præstat, ad sacras indulgentias acquirendas, adimpleantur oportet opera injuncta, tam quoad tempus et modum, quam quoad finem, etc., juxta tenorem in omnibus et per omnia cujuscumque concessionis, ex. gr. *flexis genibus*, vel

stando ad sonitum tintinnabuli statutis diebus et horis, etc. (1).

Quod si aliquod ex operibus injunctis, vel omninò, vel in parte notabili, sive per incitiam, negligentiam, impotentiam, vel quacumque alia causa non servetur aut prætermittatur, indulgentiæ minime acquiruntur (2).

On ne saurait trop insister sur ces derniers mots de la réponse, afin de prémunir les fidèles contre le danger de perdre l'indulgence du Jubilé par l'ignorance, l'omission ou l'oubli des conditions véritables.

17. — Il faut donc accomplir toutes les œuvres prescrites et comme elles sont prescrites; mais dans quel ordre faut-il le faire? Il est certain que l'ordre à observer est indifférent : la Bulle ne prescrit rien à cet égard; il ne faut y voir qu'une simple énumération des conditions requises, et non la volonté d'enjoindre que ces conditions soient remplies suivant l'ordre dans lequel elles sont exprimées. Les auteurs sont presque unanimes sur ce point, et Benoît XIV l'avait formellement déclaré en plusieurs endroits de ses Bulles pour le Jubilé de 1750.

18. — En conséquence, il n'est point nécessaire de différer la communion du Jubilé, pour qu'elle soit la dernière dans l'accomplissement des œuvres prescrites. Ce qui est nécessaire, c'est de bien se rappeler que l'indulgence est gagnée au moment où la dernière œuvre s'accomplit, et qu'il faut par conséquent, être alors *en état de grâce* : « Dummodo, quando ultimum opus perficiunt, in quo indulgentia acquiritur, in statu gratiæ sint, » dit Benoît XIV dans la Constitution *Inter præteritos*. Sans doute, il est très désirable, et le même Pontife ne manque pas de le faire

(1) Ces exemples sont indiqués, parce que la question posée concernait la récitation de l'*Angelus*.

(2) Ferraris, *Vo Indulgentia*, n. 21, col. 1461 (Migne).

remarquer, que toutes les œuvres prescrites s'accomplissent en état de grâce ; mais nous nous bornons, dans ce commentaire, à dire ce qui est rigoureusement requis.

19. — De cette nécessité de l'état de grâce lors de l'accomplissement de la dernière condition, Benoît XIV tire une conséquence qu'il est bon de répéter ici : - Si quis post confessionem peractam in lethale peccatum (quod Deus avertat) incidere, antequam omnia omnino opera pro Jubilæo hoc luerando expleverit, confessionem denuo præmittere debebit, priusquam ultimum saltem ex aliis injunctis operibus expleat, ut indulgentiam hoc Jubilæo concessam consequatur (1). - Cette règle se comprend d'elle-même.

II. DU JEÛNE.

20. — Léon XIII n'avait prescrit qu'un seul jeûne dans les Jubilés de 1879 et de 1881. Le Jubilé actuel diffère des précédents : deux jeûnes sont prescrits.

21. — Ces jeûnes sont des jeûnes *stricts*. Le Souverain Pontife dit formellement qu'il ne faut user que des aliments de jeûne : *esurialibus tantum cibis utentes*. La S. Pénitencerie insiste sur ce point : - Adhibeantur cibi esuriales, vetito usu, circa qualitatem ciborum, cujuscumque indulti seu privilegii, etiam Bullæ Cruciatæ. - Cette déclaration a été publiée dans les deux Jubilés précédents ; ne l'eût-elle pas été cette fois, les termes employés dans la Bulle sont les mêmes, le sens doit être aussi le même.

La S. Pénitencerie défend de se prévaloir d'un indult quelconque pour légitimer l'usage d'un aliment défendu de droit commun. Accorderait-elle plus de force à la coutume ? Non ; la question a été posée en 1879.

(1) Const. *Convocatis*, num. XLVII

II. An in jejunió ad Jubilæum requisito licitus sit usus ovorum et lacticiniorum, saltem in iis regionibus in quibus *ex consuetudine* vel dispensatione in jejuniis ex præcepto Ecclesiæ injunctis permittitur? Ita est in sua diocesi ac in universa Gallia. Hinc, si negativum responsum dari contigerit, instanter supplicat pro indulto et benigna S. Sedis concessione; aliter enim multi a lucrando jubilæo retraherentur. Imo, cum multi oleo in condimentis non utantur et uti nollent, magis adhuc instat ut permittatur saltem usus condimentorum adipis aut butiri?.....

Sacra Pœnitentiaria Ven. in Xto Patri Episcopo oratori super præmissis respondet : Stet declarationibus ejusdem Sacræ Pœnitentiariæ quæ hic adnexæ transmittuntur (1).

Datum Romæ in Sac. Pœnitentiaria, die 4 martii 1879 (2).

22. — Mais quels sont les aliments permis les jours de jeûne? Une discussion s'est élevée sur ce point lors des Jubilés précédents. Nous ne pouvons mieux répondre qu'en citant l'explication donnée par Konings des mots *cibi esuriales* : « Esuriales cibi, teste Benedicto XIV, ii sunt quos Ecclesia diebus, quibus stricti juris jejunium servari præscribitur, non interdicit; interdicit autem his diebus et *carnes*, et *ova*, et *lacticinia* (3). » Le passage de Benoît XIV, auquel Konings fait ici allusion, est pris de la Bulle *In suprema* : le Pontife, dans une incidente, s'exprime ainsi : « ... *in Quadragesimæ, aliisque anni temporibus et diebus, quibus carniùm, ovorum et lacticiniorum usus est prohibitus.* »

C'est bien ainsi qu'à Rome on comprend l'expression *cibi*

potuimus, quin vestram istarumque catholicarum gentium virtutem merita commendatione palam ornaremus. — Sed apostolico ministerio Nostro, quo vigilare cogimur ne Ecclesiæ status illum detrimentum capiat, neu interior vita ejusdem Ecclesiæ ullis perturbationibus obnoxia sit, ea omnia haud satis erant, nisi pariter quantum in Nobis auctoritatis et studii est, id omne ad removendas præsentium temporum difficultates contulissemus. Quapropter nulli pepercimus curæ, nullum prætermisimus officium, ut eæ leges revocarentur, quæ diuturnas Ecclesiæ angustias, vobisque magnam laborum segetem pepererunt. Ac tantum Nobis studium fuit et inest adhuc animo restituendi solidis innixam fundamentis concordiam ac pacem, ut declarare supremis rerum Moderatoribus non omiserimus, propositum esse Nobis usque eo Nos morigeros eorum voluntati præbere, quo per divinas leges et conscientiæ officium liceret. Quin immo hoc ipsum propositum Nos manifestis patefacere argumentis non dubitavimus; destinatumque animo habemus nihil etiam in posterum prætermittere, quod restituendæ firmandæque concordiæ conferre videatur.

At vero, ut hoc quod votis et spe Nostra prosequimur auspicio contingat, præcipue curandum est, ut a publicis legibus exulent quæ contraria sunt rationibus catholicæ disciplinæ in eo quod sanctius et antiquius pietati fidelium est, itemque quæ libertatem impediunt Episcoporum propriam, Ecclesias suas regendi ad normas divinitus constitutas, atque instituendæ in sacris Seminariis ad canonicarum sanctionum præscripta juventutis. Quamquam enim sincero pacis studio teneamur, non tamen fas est Nobis contra ea, quæ divinitus constituta et sancita sunt, quidquam audere; pro quibus profecto, si ad ea tuenda opus esset, extrema quæque perpeti, exemplo Decessorum Nostrorum, non dubitaremus.

Vos autem, Venerabiles Fratres, non ignari estis quæ sit intima Ecclesiæ natura, et qualem ipsam divinus ejus conditor constituerit, quæque jura exinde dimanent, quorum vim convellere aut detrectare nemini licet. Nimirum, uti Nos ipsi

litteris Nostris encyclicis *Immortale Dei* nuperrime declaravimus, Ecclesia societas est supernaturalis atque in suo ordine perfecta. Quemadmodum enim id sibi propositum habet, ut filios suos ad æternam beatitudinem adducat, ita divinitus datis præsiidiis et instrumentis est prædita, quibus eos æternorum bonorum compotes faciat, inceptans in terris et in hujus vitæ militia ædificium, quod supremum fastigium supremumque decus est habiturum in cœlis. Ad solam autem Ecclesiam pertinet statuere de iis quæ interiorem ejus vitam spectant, cujus ratio a Christo Domino restitutore salutis nostræ fuit constituta. Hanc potestatem liberam et nemini obnoxiam unum penes esse Petrum et successores ejus Christus jussit, ac sub auctoritate et magisterio Petri penes esse Episcopos in suis cujusque Ecclesiis : quæ Episcoporum potestas natura sua disciplinam Cleri, tum in iis quæ ad sacra munera, tum in iis quæ ad sacerdotalis vitæ rationem pertinent, præcipue complectitur : *presbyterium enim Episcopo coaptatum est sicut chordæ citharæ* (1).

Cum porro sacerdotalis ordo, tam sublimis ministerii heres, aliis post alios succedentibus, nunquam sui dispar sæculorum cursu renovetur, cumque opus sit, ut qui in hunc ordinem vocati sunt, sinceritate doctrinæ et innocentia vitæ, quantum fieri potest, eorum vestigiis insistant, quos Christus primos fidei satores elegit, nemini dubium esse potest, non aliis quam Episcopis jus munusque esse docendi et instituendi juvenes, quos Deus singulari beneficio ex hominibus assumit, ut sint ministri sui ac dispensatores mysteriorum suorum. — Ac sane, si ab iis quibus dictum est : *docete omnes gentes*, religionis doctrinam homines debent excipere, quanto validiori jure ad Episcopos cura pertinet, ea quam potiore duxerint ratione, eorumque docentium ope quos maxime probaverint, sanæ doctrinæ pabula tradendi iis qui pro suo ministerio sal terræ futuri sunt, et pro Christo apud homines legatione functuri? Nec solum hoc gravissimo munere obstringuntur Episcopi, sed eo insuper ut vigilan-

(1) Ignat. M., *Ep. ad Ephes.*, c. xv.

tiam suam bono alumnorum sacri ordinis impertiant, eosque mature imbuant solidæ pietatis sensibus, qua dempta, nec ii sacerdotii honore digni sunt, nec muneribus ejus rite implendis pares esse possunt.

Vos certe, Venerabiles Fratres, ratione atque experientia edocti, optime nostis quam arduum sit, quam diuturni laboris opus tales juvenes fingere et instituere. Cum enim qui primoribus annis Deum elegerunt in hereditatem suam, ex Apostolorum Principis præcepto teneantur se ipsos vivam virtutis continentiaque formam oculis christiani populi exhibere, ii mature discant oportet, sub magisterio Episcoporum ac delectorum moderatorum disciplina, cupiditatibus suis dominari, terrena despiciere, cœlestia appetere, quorum et cogitatione muniti et amore inflammati, facilius possint inter mundi corruptelas caste integreque versari. Oportet insuper ut cito assuescant constanti et impavido esse animo in munere explicandæ populis tuendæque catholicæ veritatis, quam mundus spernit ac pertinaci odio prosequitur. Quid sane, Venerabiles Fratres, expectandum esset, si cum tempora incidunt, quæ vehementiorem postulant pro tuenda Ecclesiæ causa dimicationem, sacri ordinis viri sanctæ disciplinæ et caritatis ope in id jampridem comparati non sint ut Episcopis suis cum fide adhæreant, eorum excipiant voces, et aspera quæque pro Jesu Christi nomine perferre non vereantur? Scilicet juvenilium annorum disciplina, quæ in Seminariis aliisque sacræ institutionis sedibus traditur, ea est qua sacrorum alumni, procul ab humanarum curarum æstu, ad apostolica ministeria rite obeunda informantur, et ad quæque vitæ incommoda atque ad omne laborum genus læto animo subeundum in salutem animarum.

Ea est quæ efficit, vigilantibus ac præsentibus Episcopis delectisque ab iis presbyteris diuturna sacræ disciplinæ peritia spectatis, ut alumni discant æqua lance metiri vires suas et quid ipsæ valeant agnoscant; ac Pastores vicissim, compertis cujusque ingeniis et moribus, scienter decernere possint, qui sint ex iis sacerdotii honore digni, et cavere ne quis immerito aut præ-

postere sacris ordinibus initietur. At qui poterunt hujusmodi salutare fructus haberi, nisi plena sacris Pastoribus sit facultas impedimenta removendi et opportunis ad id assequendum utendi præsiidiis? Qua in re, quoniam nationis vestræ homines, præter alia ornamenta, armorum quoque gloria excellunt, passurine unquam essent qui rei publicæ præsent, ut qui juvenes rudimenta militiæ ad ducendos ordines et bellica munera administranda in militaribus institutis accipiunt, ab aliis potius quam a peritis bellicæ artis scientiam armorum ediscerent, atque ab aliis magis quam ab idoneis militiæ magistris disciplinam castrorum, usum rerum et martios spiritus haurirent?

Ex his facile intelligitur cur a vetustissimis Ecclesiæ temporibus Romani Pontifices et catholici Episcopi omnem curam gesserint, ut candidatis sacri ordinis contubernia constituerent, in quibus eos aut per se ipsi, aut probatis adhibitis magistris, quos interdum e sacerdotibus Cathedralis Ecclesiæ legebant, ad litteras, ad severiores doctrinas et præcipue ad mores sua vocatione dignos excolerent. Adhuc hominum memoria celebrantur domus olim ab Episcopis et cœnobitis clericis excipiendis apertæ, atque inter eas illustris adhuc fama viget Patriarchii Lateranensis, ex quo, velut ex arce sapientiæ et virtutis, Pontifices maximi et Antistites sanctimonia ac doctrina clari prodierunt. Ac tanti momenti hoc studium accuratæ diligentisque clericorum disciplinæ, et tam necessarium visum est, ut jam inde ab initio sæculi sexti Synodus Toletana, *de iis quos voluntas parentum a primis infantie annis clericatus officio manciparat, statuerit observandum ut mox cum detonsi vel ministerio lectorum traditi essent, in domo Ecclesiæ sub Episcopali præsentia a Præposito sibi deberent erudiri.* Inde liquet quam gravi justaque de causa vehementer contendamus, vestrarum Diœcesium Seminaria ad eas normas constitui, ordinari atque componi, quas Concilii Tridentini Patres, ut notum pervulgatumque est, tradidere.

Nec alia profecto fuit causa cur Apostolica Sedes, cum inter romanos Pontifices et supremos rerum publicarum Moderatores

pactionum fœdera pro variis temporum rationibus inita sunt. diligenter in iis cautum consultumque sacris Seminariis voluit. et Episcoporum jus in iis regendis, alia quavis potestate exclusâ, sartum tectumque esse curavit. Cujus rei perspicuum inter alia documentum præbent Apostolicæ litteræ, quarum initium *De salute animarum*, quæ a fel. rec. Pio VII Decessore Nostro die decima octava Julii anno MDCCLXXI editæ fuere, conventionem ab Eo inita cum Borussiae Rege, in qua de nova Diœcesium descriptione agebatur.

Sit igitur integrum, sit liberum jus et potestas Episcopis in Seminariorum palæstra mansuetæ Christi militiæ fingendæ conferre operam; sit integrum sacerdotes judicio suo deligere alios aliis ministeriis præficiendos, ac nulli impedimento obnoxios pastorali suo munere tranquille perfungi.

Ex his autem, quæ ediximus, videtis, Venerabiles Fratres, quam vere justeque declaratum a Nobis fuerit, ad faustam stabilitemque concordiam, summis votis tandiu expetitam, inter potestatem utramque incundam, opus esse latas leges ita componi, ut necessaria ad vivendum agendumque libertas Ecclesiæ salva supersit. Ac Nos confidimus viros, qui rei publicæ gubernacula tenent, æquos se causæ nostræ præbituros, eaque Nobis præstituros, quæ vi sanctissimorum jurium postulamus.

Nec vero postulata Nostra talia sunt, ut ex iis quidquam imperantibus de sua dignitate et potestate decedat; quin immo ex ipsis magnæ in bonum publicum solidæque dimanant utilitates. Quæ enim a vobis, Venerabiles Fratres, et a cooperatoribus vestris in ministerio verbi populis documenta traduntur, in iis quæ ad eorum officia erga civilem auctoritatem pertinent, huc maxime redeunt: scilicet omnem animam potestatibus sublimioribus subditam esse debere, *non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam* (1); publica onera æquo animo ferenda; a turbulentis consiliis et molitionibus abstinendum; caritate fraternitatis invicem dilectionem exhibendam, mutuaque officia in

(1) Rom., XIII, 5.

hominum societate cum fide servanda. Quod si major, quam nunc est, cooperatorum vestrorum evaderet numerus, ex hoc incremento una etiam eorum auferetur manus, quorum est tam salutaria humanæ societati documenta in populos propagare; simulque facilius possent destitutæ jamdiu rectorum suorum solatio parœciales Ecclesiæ probatorum sacerdotum curæ committi, quod catholicorum vota maxime flagitant.

Sunt præterea, ut nostis, Venerabiles Fratres, in humanæ societatis sinu publicarum perturbationum semina, veluti passim dispositi ignes, qui sævum minitantur incendium, in quibus præcipue se effert operariorum caussa, quæ rei publicæ moderatorum sollicitos habet animos, rationem quærentium qua impendentibus periculis occurrant, viamque obstruant *sectarum* asseclis, qui in omnem occasionem excubant crescendi ex publicis malis, resque novas, magno cum rei publicæ detrimento, molendi. Atque mirum est quantum hac ipsa in re de humana societate mereri Ecclesiæ ministri, opera sua, possunt; quod et in aliorum temporum procellis et calamitatibus scimus contigisse. Sacerdotes enim, qui pro sui ministerii ratione cum inferiorum ordinum hominibus quotidianam pene consuetudinem habent et cum iis solent familiariter intimeque versari, labores et dolores penitus norunt ejus generis hominum; saucia eorundem corda propius intuentur; et opportuna auxilia, documenta ex divinæ religionis fontibus depromentes, nati apti sunt ea solatia et remedia ægris animis afferre, quæ maxime præsentium malorum lenire sensum, fractas revocare vires possunt, et præcipites in turbulenta consilia animos compescere.

Nec minus insuper validam utilemque operam sacri ordinis viri eo imbuti spiritu, quem Ecclesia ministris suis indit, navare possunt in iis regionibus longe dissitis et a civili cultu remotis, in quibus *colonias* statuere plures Europæ principes hoc tempore instituerunt. Ipsi rei germanicæ Gubernatores non modo certatim curant colonias deducere, possessionesque ampliare, sed etiam novos aditus industriæ et mercaturis faciendis patefacere. Iidemque de humanitate gentium hoc etiam nomine optime mere-

buntur, quod nitantur tribus immanes et feras urbanis moribus atque artibus expolire.

Magni autem refert ad rudium et incultarum gentium demerendos animos voluntatesque conciliandas, eas confestim salutaria religionis præcepta edocere, ad veram recti honestique speciem intuendam adducere, et dignitatis filiorum Dei conscias efficere, ad quam ipsæ etiam, Sospitatoris nostri meritis, vocatæ sunt. Quas res maxime propositas animo habentes romani Pontifices, Evangelii præcones ad incultos populos mittere sedulo naviterque curarunt. Ac sane opus, de quo agitur, non exercituum, non civilium magistratum, neque dominantium est, quamquam ipsi fructum ex eo uberrimum capiunt: sed illorum, uti testatur historia, est hominum qui ex Ecclesiæ castris prodeuntes, sacrarum expeditionum labores et pericula sibi suscipiunt, ac velut nuncii et interpretes Dei, inter barbaras gentes migrare non verentur, vitam et sanguinem fratrum saluti libenter largituri.

Hæc omnia Nos animo reputantes et cogitatione complectentes, in spem adducimur fore ut, Deo aspirante et favente, vota Nostra optato exitu fortunentur. Vos autem, Venerabiles Fratres, pergite assiduis ad Deum precibus id ipsum implorare. Cumque animi vestri non humanis cupiditatibus et consiliis, sed unice divinæ gloriæ studio et amore erga Ecclesiam agantur, dubitandum non est quin, divina opitulante gratia, dignam constantiæ vestræ mercedem referatis.

Et quoniam in omnibus rebus ad prosperos earum exitus magna semper vis fuit conjunctionis animorum mutuæque caritatis, nihil sit vobis antiquius, quam sanctum caritatis vinculum inter vos omni studio tueri. Qua in re illud etiam vos perpendere volumus, Venerabiles Fratres, eas perturbationes quibus obnoxii estis, tales esse, ut non magis proprias singularum Diocesium, quam communes universæ Ecclesiæ rationes attingant: quarum tutela, ut nostis, huic Apostolicæ Sedi commissa est, in qua suprema potestas Ecclesiam regendi, supremum ejus magisterium, et catholicæ unitatis centrum est constitutum. In hanc igitur Apostolicam Cathedram vestri perpetuo conjecti sint oculi:

ac vobiscum reputate, nihil ipsi esse potius, quam curam omnem operamque conferre, ut concertationibus, quæ in ista regione vigent, finis tandem, uti vos vestræque procurationis fideles optant, imponatur.

Patrem denique misericordiarum ex intimo corde adprecantes, ut respiciat labores et dolores vestros, atque communibus votis propitius annuat, Apostolicam benedictionem, præcipuæ Nostræ dilectionis testem, auspicemque præsidii et solatii cœlestis, vobis, Venerabiles Fratres, universoque Clero et fidelibus cujusque vestrum fidei concredit, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum, die VI Januarii anno MDCCCLXXXVI, Pontificatus Nostri Octavo.

LEO PP. XIII.



LETTRE DU SOUVERAIN PONTIFE

VI

R. P. MINISTRE GÉNÉRAL DES FRANCISCAINS.

DILECTO FILIO P. BERNARDINO A PORTU ROMATINO

ORDINIS MINORUM MINISTRO GENERALI

LEO PP. XIII.

Dilecte fili, salutem et Apostolicam benedictionem. Quod universa Seraphici Doctoris opera de integro edenda decreveras, non medioerem animi lætitiã percepinus. nunc vero eidem exsequendo consilio manum esse feliciter admotam magna cum voluptate intelligimus. Qui enim, vix fere Pontificatu inito, nil ad oppugnandos nostrorum temporum errores fore aptius, nil ad confirmandam veritatem efficacius duximus, quam ut excellens summi Scholasticorum Magistri sapientia longe lateque fluat, atque ad id præcipuam operum illius editionem numeris omnibus absolutam publicari jussimus, haud satis laudare propositum tuum poteramus, quo vulgatis sancti Bonaventuræ scriptis catholica juvenus ad scholasticas disciplinas etiam studiosius colendas inflammaretur. — Quanta inter S. Thomam ac Seraphicum Doctorem necessitudo, quanta sanctitatis ac doctrinæ similitudo intercesserit, omnibus in comperto est. Ac s. m. Sixtus V Decessor noster verissime affirmavit eos esse - olivas et duo - candelabra in domo Dei lucentia, qui et caritatis pinguedine - et scientiæ suæ luce totam Ecclesiam Dei - collustrarent, atque eos - singulari Dei providentia eodem tempore tamquam duas - stellas exorientes ex duabus clarissimis regularium Ordinum

- familiis - prodiisse - quæ ad catholicam religionem propugnandam maxime utiles, et ad omnes labores ac pericula pro orthodoxa fide subeunda paratæ semper existerent. - — Itaque oblata Nobis a te eorundem operum volumina veluti totius editionis primitias libentissime Nos accepisse testatum volumus, magnique apud Nos haberi labores, quos vel ab anno MDCCCLXX religiosi tui Ordinis viri, in Collegium S. Bonaventuræ coacti, pertulerunt, ut tanti ponderis opus, auctoritate tua illis commissum, accurate perficerent. Nec plane Fidelis a Fanna, sodalis tui Ordinis, hominis scientia ac pietate spectati, laus prætermittenda est; qui conquisitis undique per totam Europam codicibus et ad criticæ artis regulas diligentissime exactis longo decem annorum spatio certissima editioni curandæ monumenta comparavit : quo e vivis sublato, consodalem Ignatium Jeiler eidem suffectum pari studio iisdemque consiliis in re ejusmodi gerenda modo versari agnovimus. — Nec vero tantum prudens in rerum singularum delectu judicium, sed et accuratæ textus emendationes, atque optima litterarum forma in primis commendanda est. Maxime autem placuit propositum, opportunas animadversiones seu scholia singulis libris adjiciendi, ut ea doctrinarum harmonia manifeste appareat, qua præcellentes illas duorum doctorum mentes instructas fuisse ante diximus. Ex quo exploratum etiam est clarissimos hosce scholasticarum disciplinarum adsertores, peracri ingenio, assiduo studio, magnis laboribus atque vigiliis pretiosum doctrinæ thesaurum a sapientibus superiorum sæculorum, potissimum vero a SS. Ecclesiæ Patribus congregatum, multisque modis cumulate auctum, posteris tradidisse. — Quapropter nullo modo dubitandum, quin catholici præsertim juvenes in spem Ecclesiæ succrescentes, qui ad philosophica ac theologica studia secundum Aquinatis doctrinam sectanda se conferunt, perlegendis S. Bonaventuræ operibus plurimam utilitatem sint hausturi, atque ex amborum scriptis, quasi ex præcipuis armamentariis, gladios ac tela sumant quibus in deterrimo bello adversus Ecclesiam ipsamque humanam societatem commoto hostes superare strenue queant. — Hæc itaque, quæ scripsimus,

et tibi, dilecte Fili, et sodalibus tui Ordinis Collegio S. Bonaventuræ addictis solatio atque incitamento sint ut incœptum opus alacriter absolvere pergant. Præcipuæ vero dilectionis Nostræ testem ac cœlestium munerum auspicem, Apostolicam benedictionem tibi atque ipsis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die XIII decembris anno MDCCCLXXXV, Pontificatus Nostri Octavo.

LEO PP. XIII.



EX S. R. U. INQUISITIONE.

INSTRUCTION SUR LE PRIVILÈGE DU FOR.

Illme ac Rme Domine,

In constitutione Pii IX s. m. quæ incipit *Apostolicæ Sedis moderationi* IV id. Oct. 1869 cautum est, « excommunicationem Romano Pontifici reservatam speciali modo incurrere — *Cogentes sive directe sive indirecte iudices laicos ad trahendum ad suum tribunal personas ecclesiasticas præter canonicas dispositiones : item edentes leges vel decreta contra libertatem et jura Ecclesiæ.* »

Cum de vero sensu et intelligentia hujus capituli sæpe dubitatum fuerit, hæc suprema Congregatio S. Romanæ et Universalis Inquisitionis non semel declaravit — Caput *Cogentes* non afficere nisi legislatores et alias auctoritates cogentes sive directe sive indirecte iudices laicos ad trahendum ad suum tribunal personas ecclesiasticas præter canonicas dispositiones. — Hanc vero declarationem Sanctissimus D. N. Leo Papa XIII probavit et confirmavit; ideoque S. hæc Congregatio illam cum omnibus locorum Ordinariis pro norma communicandam esse censuit.

Ceterum in iis locis in quibus fori privilegio per Summos Pontifices derogatum non fuit, si in eis non datur jura sua persequi nisi apud iudices laicos, tenentur singuli prius a proprio ipsorum Ordinario veniam petere ut clericos in forum laicorum convenire possint : eamque Ordinarii nunquam denegabunt tum maxime, cum ipsi controversiis inter partes conciliandis frustra operam dederint. Episcopus autem in id forum convenire absque venia Sedis Apostolicæ non licet. Et si quis ausus fuerit trahere ad iudicem seu iudices laicos vel clericum sine venia Ordinarii, vel

Episcopum sine venia S. Sedis, in potestate eorundem Ordinariorum erit in eum, præsertim si fuerit clericus, animadvertere pœnis et censuris ferendæ sententiæ uti violatorem privilegii fori, si id expedire in Domino judicaverint.

Interim fausta multa ac felicia tibi precor a Domino.

Datum Romæ die 23 januarii an. 1886.

Addictissimus in Domino.

R. CARD. MONACO.

Cette instruction est très importante, et nous croyons utile d'appeler l'attention sur ses principales dispositions.

Nous n'avons point à faire connaître le privilège du for. La proposition qui résume le droit des cleres et les prohibitions portées pour le bien public, pour l'honneur et la sauvegarde des personnes ecclésiastiques pourrait être empruntée au texte même de la Bulle *Apostolicæ Sedis* : *Personæ ecclesiasticæ non sunt trahendæ ad tribunal judicium laicorum præter canonicas dispositiones*; sauf dans les cas prévus par le droit canonique, les personnes ecclésiastiques ne doivent pas être jugées par les tribunaux séculiers : *In judicium sæculare conveniri, a judice sæculari puniri nequeunt*, disent les Canonistes. Les particuliers ne peuvent pas renoncer à ce privilège, parce qu'il n'a pas été établi en faveur des personnes privées, mais en faveur de tout l'ordre sacerdotal.

Nous ne chercherons pas davantage à préciser les cas que le droit canonique a prévus, et dans lesquels il permet qu'une personne ecclésiastique soit jugée par les tribunaux séculiers. Tous les Commentateurs de la Bulle *Apostolicæ Sedis* les ont exposés avec grand soin, et le Commentaire qui a paru dans la *Nouvelle Revue Théologique*, n'y a pas manqué (1). Venons à l'objet direct de l'instruction actuelle.

(1) III, pag. 247 et suivantes.

I.

Cette instruction se propose, en premier lieu, de déterminer avec netteté le sens de l'excommunication *latæ sententiæ* portée par la Bulle et spécialement réservée au Souverain Pontife. Cette excommunication est exprimée en ces termes : « *Cogentes, sive directe, sive indirecte, iudices laicos ad trahendum ad suum tribunal personas ecclesiasticas præter canonicas dispositiones, etc.* » Le texte de la Bulle *In Cœna Domini* excommunait même les juges, car il disait : « *Qui ex eorum prætenso officio, vel ad instantiam partis aut aliorum quorumcumque, personas ecclesiasticas... coram se ad suum tribunal... præter juris Canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt...* » La différence des deux textes avait fait comprendre aux Commentateurs de la nouvelle Bulle que l'excommunication n'atteint plus les juges, et ils avaient généralement donné pour motif de cette mitigation la nécessité de ne pas fermer la carrière de la magistrature à tous les catholiques, dans les pays, fort nombreux, hélas ! dans lesquels l'immunité ecclésiastique n'est plus reconnue par les lois civiles.

Une déclaration du Saint-Office, rendue en ce sens, avait été publiée par les auteurs. Un évêque lui avait posé plusieurs questions sur la Bulle *Apostolicæ Sedis*, et avait reçu, sur le point qui nous occupe, la décision suivante :

Deinde similem aperiēbas sollicitudinē quoad eosdem Magistratus et gubernii servos *trahentes clericos ad suum tribunal propter violationem legis civilis sive alio modo, quos omnes timebas excommunicatione esse irretitos quæ, in dicta Constitutione Apostolicæ Sedis, est septima inter excommunicationes latæ sententiæ Romano Pontifici speciali modo reservatas. Sed in ea formula attendere debes verbum Cogentes, quod sane indicat*

excommunicationem eos non attingere qui subordinati sint, etiamsi iudices fuerint, sed in eos tantum esse latam qui a nemine coacti vel talia agunt (1), vel alios ad agendum cogunt, quos etiam indulgentiam nullam mereri facile perspicias (2).

Pour encourir la censure, il était donc certain qu'il fallait désormais exercer sur le juge une contrainte directe ou indirecte pour le déterminer à citer à sa barre, malgré les dispositions canoniques, une personne ecclésiastique. Mais quelles personnes désigne le mot *Cogentes*? Les supérieurs hiérarchiques du juge seulement, qui agissent sur lui par des ordres directs ou par des menaces, ou bien même les personnes privées, qui recourent à l'autorité du juge et qui, par une dénonciation ou par une action civile, mettent ce juge dans la nécessité d'appeler une personne ecclésiastique en jugement? La réponse du Saint-Office, en affirmant que l'excommunication n'atteint point *ceux qui sont subordonnés*, laisse bien entendre que la censure vise seulement les supérieurs hiérarchiques ou les autorités plus hautes que le juge, qui peuvent lui donner des ordres ou peser sur lui par des menaces. Il faut dire cependant que cette réponse ne fut pas ainsi comprise, et nombre de commentateurs, tous ceux que nous avons pu vérifier, étendent l'excommunication aux personnes privées qui, en dénonçant un crime ou en portant une réclamation, forcent le juge laïque à citer à sa barre une personne ecclésiastique.

L'instruction actuelle du Saint-Office précise ce que la réponse de 1870 pouvait avoir d'obscur, et elle déclare que :

(1) Tel est le vrai texte, quoique le mot *agunt* soit supprimé dans certains auteurs. Le Commissaire général du Saint-Office a répondu en ce sens au Rédacteur des *Acta S. Sedis*. (Comment. in Const. *Apostolicæ Sedis*, app. vi, pag. 262, not. 1.)

(2) *Acta S. Sedis*, vi, pag. 433.

ad censuram requiritur coactio auctoritativa, seu eam incurrunt soli legistatores vel aliæ auctoritates judicem laicum cogentes ad trahendum ad suum tribunal personas ecclesiasticas præter canonicas dispositiones.

II.

La seconde partie de l'instruction a pour objet de préciser les obligations que le privilège du for impose aux personnes privées. Mais ici les observations abondent et nous ne savons trop quel ordre serait le meilleur pour les exposer. Il nous paraît plus simple de suivre l'instruction pas à pas, et d'indiquer, au commencement de chaque alinéa, la partie du texte qui nous suggère nos observations.

In locis in quibus fori privilegio PER SUMMOS PONTIFICES derogatum non fuit. Ici, deux réflexions se présentent à nous; l'une, qui concerne le droit, passera la première. En déclarant que le privilège du for subsiste toujours et impose aux fidèles une obligation de conscience dans tous les pays qui ne peuvent se prévaloir d'une dérogation apportée *par le Souverain Pontife*, le Saint-Siège apprend une fois de plus aux partisans des *idées modernes* et aux admirateurs du *droit nouveau* qu'il reste semblable à lui-même, et qu'il entend maintenir intacte sa doctrine traditionnelle et, notamment, les enseignements du *Syllabus*. Le privilège du for est un des privilèges importants dont l'ensemble constitue ce qu'on appelle l'immunité ecclésiastique. Or, le Concile de Trente, pour ne pas remonter plus haut, enseigne que l'immunité des personnes ecclésiastiques a été établie *Dei ordinatione et canonicis sanctionibus*, et déclare que tous sont tenus à une observance exacte de ses prescriptions, *exacte ab omnibus observari debere* (1). En

(1) Sess. xxv, c. 20, *de Ref.*

conséquence, Pie IX a condamné dans la *Syllabus* les personnes qui assignent les concessions du pouvoir civil pour origine à l'immunité de l'Église et des personnes ecclésiastiques, et qui prétendent que le for ecclésiastique doit être supprimé, sans consulter le Saint-Siège, et même malgré ses réclamations (1). Si l'immunité ecclésiastique est conforme à *l'institution de Dieu* et repose sur *les saints canons*, il appartient au Souverain Pontife d'apprécier et d'apporter les tempéraments que peuvent rendre nécessaires la condition particulière d'un pays et le malheur des temps. Si le pouvoir civil use de la force et abolit de sa seule autorité l'immunité ecclésiastique, ce privilège ne sera plus respecté en fait, mais il subsistera en droit; et on ne saurait contester que les vrais enfants de l'Église doivent reconnaître les privilèges de leur mère, et y conformer leur conduite. Voilà ce que proclame aujourd'hui le Saint-Siège quand il affirme l'obligation pour les catholiques de respecter le privilège du for, *partout où il n'y a pas été dérogé* PAR LE SOUVERAIN PONTIFE, autant, du moins, que les conditions du temps présent le peuvent permettre.

En fait, et c'est la seconde observation que nous ayons à présenter, le Saint-Siège ne s'est jamais refusé aux dérogations partielles et aux justes tempéraments que les circonstances pouvaient réclamer. Les canonistes nous apprennent les concessions faites sur ce point aux rois de France, à la république de Venise (2); nous avons aussi les conventions conclues entre Benoit XIV et les rois de Sardaigne ou de Sicile; et, de notre temps même, pourquoi ne rappel-

(1) Prop. 30. *Ecclesiæ et personarum ecclesiasticarum immunitas a jure civili ortum habuit.* — Prop. 31. *Ecclesiasticum forum pro temporalibus clericorum causis, sive civilibus, sive criminalibus, omnino de medio tollendum est, etiam inconsulta et reclamante Apostolica Sede.*

(2) V. Reiffenstuel, in lib. II Decret., tit. *de Foro Compet.*, § x, n. 236.

lerions-nous pas le Concordat autrichien et les concessions auxquelles avait consenti Pie IX ? *Temporum conditione habita*, il permettait le jugement des causes civiles par les tribunaux séculiers, et même, sous certaines conditions qu'il n'est pas dans notre dessein d'énumérer, le jugement des ecclésiastiques par les mêmes tribunaux pour tous les crimes ou délits prévus par les lois de l'empire (1). Nous voulions seulement noter ces faits, pour expliquer le texte de l'instruction et pour empêcher qu'on accuse l'Église de ne pas savoir se rendre compte des exigences de notre siècle.

Si in eis non datur jura sua persequi nisi apud iudices laicos. — Ces paroles contiennent le motif des tempéraments apportés par le Saint-Siège à la loi, et, en même temps, la condition sous laquelle il est possible de recourir à ces tempéraments. Si le Saint-Siège ne frappe plus de censure les juges, ni les personnes privées qui traduisent devant un tribunal séculier les personnes ecclésiastiques, c'est qu'en bien des pays, le for ecclésiastique est supprimé, ses décisions n'ont plus force de loi, et les individus n'ont que les tribunaux séculiers pour revendiquer leurs intérêts légitimes ou ceux qu'ils croient tels, et obtenir une sentence qui mette fin à tout débat. Nécessité fait loi ; et l'Église, dépouillée de ses droits, pourvoit à ce que les intérêts légitimes ne souffrent pas de la condition qui lui est faite, et promulgue les dispositions que les circonstances commandent, tout en sauvegardant, autant qu'il est possible, son autorité et ses droits.

Mais cette phrase, avons-nous dit, contient aussi une condition, de laquelle l'Église entend faire dépendre l'autorisation dont elle va parler bientôt, et qui est nécessaire pour entamer contre une personne ecclésiastique un procès

(1) *Analecta Juris Pontificii*, 2^e série, col. 1912.

devant les tribunaux civils. L'Ordinaire, qui gouverne en son nom, pourra donner cette autorisation toutes les fois qu'il y a un droit, légitime ou réputé tel, à défendre ou à revendiquer; il ne la donnera que sous cette condition. Par conséquent, qu'une personne privée ne prétende point demander l'autorisation de dénoncer, ou d'entamer un procès criminel, si elle n'a dans la cause *aucun droit* ou *aucun intérêt* à défendre. L'Évêque reste alors le juge légitime de son clerc; c'est à lui qu'il faut porter plainte, s'il y a lieu, et c'est lui qui a le devoir et le droit de s'enquérir et de prendre les mesures que les lois de l'Église prescrivent. Il nous semble qu'un catholique ne peut se refuser à reconnaître combien sont justes et les concessions faites par le Saint-Siège et les limites dans lesquelles il entend se renfermer.

Tenentur singuli prius a proprio Ordinario... veniam petere. — L'obligation de demander, *avant d'entamer le procès*, l'autorisation de l'Évêque, est nettement affirmée. Rien de plus conforme, du reste, aux principes de la théologie et du droit. Le Souverain Pontife a supprimé, en grande partie, la censure; mais le droit des personnes ecclésiastiques n'est pas supprimé pour cela, et l'obligation pour les fidèles de respecter ce droit reste tout entière. Cette obligation était autrefois sous peine de péché mortel, et la censure *latæ sententiæ*, qui ne s'impose que pour des fautes graves, en était la preuve. Aujourd'hui, l'obligation reste la même; quelques-uns pourront la violer et être excusés de péché grave par l'ignorance invincible; ceux qui la violeront *sciemment* commettront une faute grave.

Cependant, ce passage ne renferme pas seulement une instruction conforme aux principes; il contient une concession formelle du Saint-Siège. En droit, il n'appartient point aux Évêques de dispenser *jure proprio* d'une loi générale

de l'Église; aussi, les Commentateurs de la Bulle *Apostolicæ Sedis*, en mentionnant la nécessité d'une autorisation ou dispense pour poursuivre une personne ecclésiastique devant les tribunaux séculiers, ajoutaient-ils qu'il fallait demander cette dispense au Saint-Siège, ou, du moins, que l'Évêque devait être muni d'un indult pour l'accorder. - *Iis, quibus necessitas incumbit trahendi ad iudices laicos, ob defectum fori ecclesiastici, personas ecclesiasticas, una tantum suppetit via ad ejusmodi excommunicationem evitandam, petere scilicet a S. Sede Apostolica facultates opportunas conveniendi clericum apud iudicem laicum; id vero, vel immediate ad Apostolicam Sedem recurrendo, vel saltem mediantibus Episcopis respectivis, qui fortasse ejusmodi facultates jam a S. Sede habuerunt (1).* - L'instruction du 23 janvier pourvoit à cette nécessité, et donne le pouvoir désiré à tous les Ordinaires pour leurs diocésains respectifs.

Eamque Ordinarii nunquam denegabunt. — Les fidèles qui s'adresseront ainsi à l'Ordinaire, sous les conditions indiquées plus haut, n'ont point à craindre d'être refusés, et le Saint-Siège, avec sa prudence et sa sagesse accoutumée, déclare que les Ordinaires ne doivent *jamais* refuser cette permission. Nous le comprenons; l'Ordinaire ne peut prudemment s'ériger en juge des intérêts privés, et quand même les droits de la personne qui veut entamer le procès lui paraîtraient contestables, il ne le décide pas, et il la laisse les défendre devant les tribunaux.

Tum maxime cum ipsi controversiis inter partes conciliandis frustra operam dederint. — Cette incidente

(1) *Acta S. Sedis*, Comment. in Const. *Apostolicæ Sedis*, App. vi, pag. 264. — Les mots *ad evitandam excommunicationem* ne sont plus justes devant le texte de l'instruction actuelle: il fallait dire: *Ad obedientiam præstandam legibus Ecclesiæ circa privilegium fori.*

apporte cependant une légère restriction au *numquam* qui vient d'être formulé. Les Ordinaires ne refuseront jamais la permission demandée, *surtout* s'ils ont en vain essayé d'amener une conciliation entre les parties. Il peut se faire, en effet, que le demandeur soit un catholique disposé à obéir très fidèlement à son Évêque, incapable de passer outre et de pécher mortellement en transgressant la loi, et que, d'un autre côté, le droit soit si évident, qu'un Ordinaire soit autorisé à imposer sa volonté et à refuser l'autorisation. Mais ce cas sera bien rare, et on comprend que l'instruction du Saint-Siège le suppose à peine.

De plus, cette incidente indique à l'Ordinaire qu'il a un rôle de conciliation à remplir. Peut-être les dispositions des parties, leur caractère, rendront-ils parfois impossible tout essai de conciliation; l'instruction est rédigée de telle sorte que l'Ordinaire reste parfaitement libre de l'apprécier. Mais il est vrai aussi que son intervention sera parfois facilement acceptée et qu'elle produira les meilleurs fruits. En soi, la conciliation sera un bien, et l'instruction désire que l'Ordinaire tente d'y arriver.

Episcopos autem convenire... absque venia Sedis Apostolicæ non licet. — Inutile d'insister sur cette phrase. L'Évêque n'a à côté de lui personne qui puisse donner la permission dont il s'agit, et il ne convient pas qu'on s'adresse à lui-même. D'ailleurs, tout ce qui concerne les Évêques est cause majeure et réservé au Saint-Siège.

III.

Après avoir indiqué la loi, l'instruction parle de ses transgresseurs. Elle rappelle aux Ordinaires qu'ils n'ont pas perdu le pouvoir de les punir, et même de les frapper de censures; s'il en était besoin, on tirerait de ce passage une

preuve de plus de l'obligation *sub gravi* des règles ci-dessus mentionnées, et de la volonté qu'a le Saint-Siège de les maintenir. Ce passage, du reste, nécessite peu d'observations.

Si quis AUSUS FUERIT, etc. — La première portera sur le mot *ausus fuerit*, que nous prenons en cette matière comme synonyme de *presumpserit*, etc. Il faudrait ne pas connaître l'état de la société moderne, et l'ignorance des droits de l'Église, des règles canoniques, commune à presque tous les fidèles, pour se dissimuler les difficultés que l'on rencontrerait à vouloir trop presser la loi, et même à la faire comprendre par beaucoup de catholiques. Il faut donc compter sur des transgressions; bien plus, il faut avouer que ces transgressions seront souvent excusables par l'ignorance invincible. Le mot *ausus fuerit* exprime une dernière indulgence de l'Église; il sera bon d'avertir paternellement les transgresseurs capables de reconnaître leur faute; il y aura lieu de leur épargner les peines canoniques, et de réserver celles-ci à ceux qui ont agi *sciemment*. C'est la conduite que l'Église tient pour beaucoup de censures.

Præsertim si fuerit clericus. Les clercs qui violent les lois de l'Église sont, plus que tous les autres, inexcusables; ils doivent les connaître, et, plus que tous, savoir qu'ils ont dans leur Évêque un père et un juge, qu'en cas de difficultés avec un autre clerc, il est choquant de les voir recourir à l'autorité civile au mépris des lois canoniques. Pourquoi ne citerions-nous pas ici la parole de saint Paul aux simples fidèles de Corinthe : *Audet aliquis vestrum habens negotium adversus alterum, judicari apud iniquos...? Ad verecundiam vestram dico : sic non est inter vos sapiens quisquam qui possit judicare inter fratrem suum?* Ces paroles s'appliquent littéralement à une circonstance tout autre; mais comment ne dirait-on pas à des prêtres que la pensée qui les a inspirées est plus

vraie encore dans le cas actuel? Prêtres de Jésus-Christ, ministres de l'Église, ils ont au-dessus d'eux un juge revêtu de l'autorité légitime *Dei ordinatione et sacris canonibus*; et c'est lui qu'ils laisseraient de côté, et ils ne lui demanderaient pas même l'autorisation nécessaire pour obtenir du juge civil une sentence sur le conflit qui les divise!

C'est donc avec raison que le Saint-Siège trouve plus coupable que le simple laïque, le clerc violateur du privilège du for. Aussi croyons-nous qu'un Statut diocésain, défendant à tout clerc, sous peine de suspense *ferendæ sententiæ*, de traduire devant un tribunal laïque, sans l'autorisation voulue, une personne ecclésiastique, serait parfaitement conforme à l'instruction et aux intentions du Saint-Siège.

Si id in Domino expedire judicaverint. -- Il est certain que l'Ordinaire ne jugera pas toujours expédient d'user de son pouvoir : *Quæ licent, non omnia expediunt*. Parfois il croira bon de garder le silence, d'autres fois il se contentera d'une monition; le Saint-Siège lui abandonne le soin d'apprécier quand il croira devoir agir selon l'étendue de son pouvoir. Pourquoi ne citerions-nous pas à ce propos, les réponses du 15 juin 1870, en avertissant le lecteur d'y prendre seulement ce qui s'applique au cas actuel?

Quarto loco quæreas an ii qui prædictas censuras incurrerunt admonendi sint; quod porro minime constabat, utrum de interno, an de externo foro quæreret. Sed si de interno res est, licet Theologi doceant aliquando (hoc est, debitis factis exceptionibus, de quibus iidem agunt) dissimulari cum pœnitente posse, cum duo hæc simul concurrunt, bona fides, et indubia prævisio nullum ex admonitione fructum perceptum iri; hic tamen apertum est, sive ob personarum qualitatem quæ excommunicationi subjiuntur, sive ob qualitatem Constitutionis eandem censuram inferentis, quæ recentissima est ac plane notoria, difficile dari posse

bonam fidem quæ admonitionem omitti posse suadeat. Quod si de externo foro sermo sit, distinguendum erit inter pastoralement admonitionem ac judicialem sententiam qua reum, de quo agitur, excommunicationem incurrisse declaratur. Sententiam hanc declaratoriam utrum ferri expediat, definiri generatim non potest, sed facti personarumque circumstantiis sedulo expensis dignosci debet. Ad pastoralement admonitionem quod attinet, quid Theologi doceant probe nosti : qui, si deficiente probabili spe emendationis ac fructus, prudentique metu gravioris cujuscumque mali concurrente, differri admonendi officium, quod ex proprio munere Pastorem urget, posse consentiunt, nihilominus monent, si scandalum a Pastoris silentio oriatur, intermittere illud non licere.

Il s'agissait, dans ce texte, des censures *latæ sententiæ*, et spécialement de celles qui atteignent : *Cogentes iudices laicos ad trahendum ad suum tribunal personas ecclesiasticas, etc.*, ou encore : *Immunitatem asyli ecclesiastici ausu temerario violantes*. Il n'y a donc pas lieu, cette fois, de parler de sentence *déclaratoire*, mais de la sentence par laquelle l'Évêque porterait une peine ou une censure nouvelle ; de plus, si l'on peut dire que la bonne foi sera difficilement admissible dans un clerc, il nous semble qu'on pourra la trouver assez souvent dans un laïque. Cette réserve faite, la réponse du Saint-Office contient les principes qui guideront l'Ordinaire et lui permettront d'apprécier ce qu'il peut ou doit faire contre le violateur du privilège du for. Les confesseurs y trouveront de même les règles qu'ils devront suivre au tribunal de la pénitence vis-à-vis d'un laïque qui voudrait citer ou qui aurait déjà cité une personne ecclésiastique devant un tribunal séculier.



EX S. CONGR. INDULGENTIARUM.

URBIS ET ORBIS.

DE ACTU HEROICO CHARITATIS ERGA ANIMAS
IN PURGATORIO DETENTAS.

Actus heroicus charitatis erga animas in Purgatorio detentas in eo consistit, quod Christifidelis, sive aliqua adhibita formula, sive etiam tantummodo mente, offerat Deo O. M. pro animabus Purgatorii omnia opera satisfactoria quæ ipse, quoad vixerit, peraget; nec non omnia suffragia quæ post mortem quomodocumque ei obvenire poterunt. Multi Christifideles B. Virgini Mariæ devotissimi, auctore aut suasore b. m. P. Gaspare Oleden ex Ordine Clericorum Regularium Theatinorum, consueverunt hujusmodi opera satisfactoria et suffragia in manus quodammodo B. Virginis deponere, ab Eadem pro suo misericordie beneplacito distribuenda in favorem animarum Purgatorii.

Hic Actus heroicus charitatis non semel ab Apostolica Sede fuit approbatus; immo, ut defunctis evaderet utilior, Indulgentiis ditatus, auctique privilegiis ii qui illum emiserunt. Quæ quidem sa. me. Pius Papa IX Decreto Sac. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositæ dato die 20 Novembris 1854 confirmavit, auxit et ad universos Christifideles extendit.

Jamvero de hujus oblationis objecto, de ejusdem actus essentialibus conditionibus et de Indulgentiis ac Privilegiis eidem adnexis identidem dubia oborta sunt. Siquidem dubitatum est, num inter opera satisfactoria comprehendi debeant et Indulgentiæ quas Christifidelis, dum vivit, potest lucrari; et num qui Actum heroicum elicit ei satisfaciat, quamvis sibi reservet et applicet eas Indulgentias, quæ pro vivis conceduntur. Insuper

disceptatio mota est, quod attinet ad piam praxim faciendi oblationem satisfactionum et suffragiorum in manus B. Virginis Mariæ, nonnullis tuentibus necessitatem hujus oblationis in manus Beatæ Virginis pro Indulgentiarum consecutione et privilegiorum usu, aliis refragantibus. Tandem dubia nonnulla invaluerunt de modo, quo Indulgentiæ Plenariæ animabus Purgatorii applicari possint aut debeant ab iis, qui actum heroicum charitatis emiserunt.

Quare, ut ea quæ obscura hac in re videbantur, clarescerent, et quæ incerta, certa evaderent, Patribus Cardinalibus Sac. Congregationis Indulgentiarum dubia quæ sequuntur proposita fuerunt dirimenda :

I. Utrum inter opera satisfactoria quæ in Actu heroico charitatis offeruntur pro animabus Purgatorii, comprehendantur etiam Indulgentiæ quæ declaratæ fuerunt a Summis Pontificibus applicabiles Christifidelibus defunctis ?

II. Utrum oblationi isti satisfiat ab iis, qui sibi reservare velint Indulgentias quæ pro vivis conceduntur ; vel sint hæc Indulgentiæ ad satisfaciendum pio proposito Defunctis applicandæ, juxta Indultum a Summo Pontifice concessum emittentibus Actum heroicum charitatis ?

III. Utrum 1^o Actus heroici charitatis pars integralis, vel præscripta ad privilegiorum participationem conditio sit, ut propriæ satisfactiones omnes atque Indulgentiæ non modo pro Purgatorii animabus offerantur, sed etiam ut Bmæ Virgini, prout ipsi placuerit, distribuendæ relinquuntur ? vel 2^o hæc in Virginis manus veluti consignatio habenda sit dumtaxat pia Actui accessoria devotio Christifidelibus commendanda ?

IV. Utrum Plenariæ Indulgentiæ quas Christifideles Actum heroicum charitatis emittentes lucrantur, tum ob sacram Communionem, tum ob Missæ Feria II auditionem, applicari debeant animabus quas B. V. Maria præ aliis a Purgatorio liberari cupit ; aut possint applicari cuilibet Purgatorii animæ ?

V. Utrum Indulgentia Plenaria Altaris privilegiati personalis 1^o debeat a sacerdote qui Actum heroicum charitatis emisit,

applicari animæ pro qua Missam celebrat ? aut 2^o possit applicari pro libito cuivis Defuncto ? aut 3^o debeat applicari animabus quas B. V. Maria a Purgatorio liberari cupit ?

Quibus Emi et Rmi Patres, post auditas plurium Consultorum sententias, respondendum in Generali Congregatione habita in Ædibus Vaticanis die 18 decembris 1885 constituerunt :

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Negative ad primam partem ; Affirmative ad secundam.*

Ad III. *Negative ad primum partem ; Affirmative ad secundam.*

Ad IV. *Provisum in antecedentibus.*

Ad V. *Ad primam partem, Affirmative ; hoc enim modo privilegium Altaris conceditur a Summo Pontifice ; ad secundam et tertiam partem, Provisum in responsione ad partem primam.*

Facta vero de his omnibus relatione in Audientia habita ab infrascripto Secretario die 19 ejusdem mensis et anni, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII responsiones Patrum Cardinalium omnino approbavit. Datum Romæ ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositæ die 19 decembris 1885.

J. B. CARD. FRANZELIN PRÆFECTUS.

FRANCISCUS DELLA VOLPE SECRETARIUS.

Il résulte de ce décret :

1^o Que ceux qui ont fait l'acte héroïque de charité en faveur des âmes du Purgatoire ne peuvent se réserver à eux-mêmes aucune des indulgences qu'ils gagnent ; ils doivent les appliquer toutes aux défunts ;

2^o Qu'il ne leur est point défendu de choisir le ou les défunts auxquels ils les appliqueront ;

3^o Qu'en conséquence, ils ne sont pas obligés de remettre entre les mains de la très sainte Vierge, pour qu'elle les applique, selon son bon plaisir, aux âmes qu'elle désire

délivrer du purgatoire, les indulgences qu'ils gagneront et la partie satisfaisante de leurs bonnes œuvres ;

4° Cependant, cette pratique est déclarée *pieuse*, et la S. Congrégation ajoute qu'elle mérite d'être *recommandée aux fidèles* (1).

Le décret ne va pas plus loin. Qu'il nous soit permis d'en rapprocher une pratique pieuse mise en honneur par le Vénérable M. Olier. Il avait coutume de célébrer tous les samedis une messe en l'honneur de la très sainte Vierge, et il remettait entre ses mains le fruit spécial du saint Sacrifice en lui laissant le soin de l'appliquer selon son bon plaisir. Cette pratique n'était pas approuvée de tous les théologiens ; plusieurs trouvaient que, de cette manière, l'intention du célébrant n'était pas *humano modo determinata*. Gury n'exprime pas même qu'il y ait deux opinions sur ce point, et il dit nettement : - Non valet ista applicatio : Offero ut Deus sacrum istud applicet (2). - Benoît XIV mentionne les deux opinions : - Quæstio est inter theologos an applicatio sacrificii poni possit in Dei voluntate qui ejus fructum applicet ut sibi libuerit. In qua quæstione, ut plerumque fit, alii in alias abeunt sententias. Sed tutissima regula est ut sacerdos, antequam ad altare accedat, eas personas determinet pro quibus intendit orare, ut illis missæ sacrificium applicetur (3). - On trouvera sans doute que le Décret ci-dessus, sans trancher la question, la touche cependant, et est très favorable à ceux qui recommandent la pratique de M. Olier.

(1) Nous ne disons rien de la partie du décret qui concerne le privilège de l'autel ; nous aurons bientôt l'occasion d'en parler avec plus de détails.

(2) *De Eucharistia*, n. 355, *Queritur* 3°.

(3) *De sacrif. Missæ*, lib. III, cap. XVI, n. 8.

EX S. CONGR. INDULGENTIARUM.

TIERS-ORDRE SÉCULIER DE S. FRANÇOIS.

ABSOLUTIONS OU BÉNÉDICTIONS AVEC INDULGENCE PLÉNIÈRE.

cause récemment traitée devant la S. Congrégation du Concile nous fournirait au besoin les témoignages des auteurs, les arguments, les textes des rescrits sur lesquels on fonde cette doctrine, les décisions anciennes et récentes qui la confirment, et la pratique conforme du Vicariat de Rome lui-même (1). Pour ne pas être trop long, faisons un choix, et bornons-nous à ces deux dernières preuves, parce qu'elles vont nous être bientôt utiles.

C'est une citation de Fagnan (2) qui va nous donner les décisions anciennes :

Officiales Archiepiscoporum et Episcoporum regni Lusitaniæ unum ducatum accipiebant pro executione Litterarum Apostolicarum, dispensatione matrimonialium, et ita etiam præsentatione cujuslibet rescripti. Notarii etiam pro examine testium capiebant alium ducatum, et plus minusve juxta numerum illorum et laborum. Et quoniam in eis literis solet apponi clausula, quod Episcopi et Officiales deposita omni spe cujuscumque muneris et præmii etiam sponte oblati dispensent, et Trident. Concil., in cap. 4, *Sess. XXIV, de reform. matr.*, tales dispensationes gratis omnino concedi jubet, quæsivit Card. Portugalliæ Legatus, an liceat dictis officialibus et notariis accipere id quod capiebant. Sanctissimus referente Congregatione Concilii, decrevit, Episcopos eorumque Vicarios nihil prorsus ea de causa accipere posse; notariis autem licere dumtaxat quartam partem ducati accipere. Corradus, lib. 7, c. 6, num. 14, refert respondisse S. Congregationem quod pro dispensationibus matrimonialibus non licebat Episcopo sive ejus Vicario quidquam recipere, nec ratione sigilli, vel alicujus alterius rei: quapropter decretum illud, quod solet poni in Literis dispensationum matrimonialium, ut nihil muneris aut præmii sponte oblati accipi possit pro illa-

(1) GRANATEN, *Postulatum circa stipendia pro executione Dispensationum Apostolicarum*, 22 junii 1871; GRANATEN ET MINDONIEN, 28 jan. 1882.

(2) In v Decretal., tit. *Ne prælati vices suas*, cap. *Quoniam*, n. 30.

rum executione, ita intelligendum esse ut neque Ordinarius ipse, nec Vicarius ejus quidquam pro mercede laboris, quem in ea re susciperet, capere possent.

Le *folium* de la cause de Grenade contient une réponse faite, en 1787, au vicaire général d'un diocèse qui n'est pas nommé, et qui alléguait une coutume immémoriale :

I. An liceat Vicario Generali aliquid muneris sive stipendii etiam modicum accipere pro subscriptione et sigillo, sive alia qualibet de causa et titulo, in executione literarum Apostolicarum dispensationis matrimonialis in casu?...

R. Ad primum, *Negative* (1).

La question posée en 1870 par l'Évêque de Grenade, agitée à la Congrégation du Concile le 22 juin 1871, reprise le 28 janvier 1882, n'a pas reçu d'autre solution. L'Évêque demandait s'il pouvait suivre la coutume d'Espagne et tolérer que les exécuteurs des dispenses matrimoniales reçussent une rétribution : *An et quomodo possit tolerari consuetudo in casu?* La S. Congrégation a répondu : *Quoad executores, negative*. C'est toujours la distinction que nous avons faite au commencement : l'Évêque, l'Official, le Vicaire capitulaire, en un mot l'exécuteur de la dispense, ne peut rien prendre, les employés de la Chancellerie peuvent recevoir leur salaire ou leur rétribution.

Telle est la pratique suivie à Rome même, au Vicariat. Avant de se prononcer dans la cause de Grenade, la S. Congrégation du Concile a voulu connaître cette pratique, et a demandé des renseignements au Cardinal Vicaire. Le *folium* de la cause contient la réponse suivante ; elle est du 16 mars 1881 :

(1) *Dubia super exsec. Dispens. matrim.*, 16 decemb. 1786 et 20 jan. 1787.

In hac Curia Executores dispensationum super impedimentis matrimonii nihil omnino lucrantur. Officiales vero aliquid muneris vel præmii semper perceperunt et percipiunt adhuc. Usque ad exitum elapsi sæculi decreta exequutorialia ceu instrumenta publica rogabantur, quorum exemplaria in Cancellaria asservabantur; inde factum est ut Officiales emolumenta acquirerent quæ pro hujusmodi actis solvi mos erat. In præsentî vero, etsi hæc in desuetudinem abierint, attamen impensus labor in conficiendo processu, in testibus examinandis, in exarando decreto executoreali, ratio est et titulus perceptionis, eo quia Officialibus nullum salarium est.

105. — Nous croyons donc les principes posés plus haut solidement établis; mais le texte de notre indult nous amène à parler d'une difficulté récemment soulevée en France. S'il est permis au Chancelier de la curie épiscopale de recevoir, à l'occasion des dispenses, une somme proportionnée à son travail et de demander le remboursement des frais qu'il aurait supportés, une question se pose infailliblement. A qui appartient-il de déterminer la somme qui revient de ce chef au Chancelier?

Une réponse est indiquée par ces mots de notre indult de 1809 : - *Moderatas Cancellariæ episcopalis taxas, juxta diœcesis usum.* - Sur ce point, comme sur beaucoup d'autres, la Chancellerie épiscopale doit avoir *sa taxe*, ou son tarif; et c'est cette taxe qui fait loi. Cette taxe, l'indult lui suppose deux qualités ou conditions : il suppose qu'elle est *modérée*; il ajoute qu'elle doit être *conforme à l'usage du diocèse*, c'est-à-dire sans doute, qu'il ne faut pas innover facilement en pareille matière, parce que des augmentations de taxes deviennent aisément odieuses, et que les populations paient avec moins de répugnance des taxes auxquelles elles sont habituées depuis longtemps. Notre indult ne demande pas autre chose; il ne suppose pas le moins du

monde que ces taxes doivent être uniformes par toute la France; encore moins qu'elles soient réglées et imposées à l'avance par un acte Pontifical. Il est même évident que cette supposition répugne absolument au texte de l'indult qui s'en rapporte, sur les taxes, à *l'usage du diocèse*.

Depuis 1809, un autre document s'exprime absolument de la même manière. Mgr l'Évêque d'Annecy, ayant consulté la Pénitencerie, a reçu la réponse suivante en date du 26 avril 1861 :

Sacra Pœnitentiaria, mature perpensis dubiis, respondendum censuit : Nihil percipi posse tam ab Episcopis quam ab eorum Officialibus præter congruam summam in mercedem laboris quem Notarius seu Cancellarius subit in exequendis dispensationibus, nisi speciale indultum ipsi tributum fuerit.

Congruam summam, voilà le terme employé; la Pénitencerie ne détermine pas la somme, ou plutôt ne dit pas qu'elle est déterminée à l'avance par un acte Pontifical, n'indique pas ce dernier.

Le Saint-Siège aurait-il adopté une autre pratique depuis ce temps? Nous ne dissimulons pas que quelques-uns ont pu le croire et voici à quelle occasion. Nos lecteurs connaissent la *Taxe* dite d'*Innocent XI*, dans laquelle ce Pontife détermine les émoluments à percevoir par les notaires ou Chanceliers des Curies épiscopales pour les différents actes qui s'y accomplissent. La taxe d'*Innocent XI* ne manque pas de s'occuper de l'exécution des dispenses de mariage : après avoir rappelé les principes que nous connaissons, à savoir que l'Évêque, le Vicaire général, etc., ne peuvent rien percevoir, et que le Chancelier seul pourra exiger une rétribution proportionnée à son travail, elle détermine cette rétribution de telle sorte qu'en tout elle ne puisse excéder

un écu romain ou dix jules (1) ou son équivalent selon la monnaie du pays.

Nelle cause e materie che riguardano il matrimonio ed i sponsali, così per l'esecuzione delle dispense Apostoliche matrimoniali, come per la giustificazione dello stato libero, o che non vi sia canonico impedimento ecc., il Vescovo e il suo Vicario ed ogni altro Officiale, ministro o familiare non possa, sotto qualsivoglia pretesto o colore anche di mancia e di volontario donativo, esigere e ricevere emolumento alcuno, nè in danaro nè in altre cose : ma solamente il Cancelliere possa esigere la mercede proporzionata alle fatiche della scrittura, cioè nell'esecuzione delle dispense giuli tre, e per testimonii sopra lo stato libero o che non vi sia impedimento un giulio per testimonio, purchè in tutto non si ecceda uno scudo di moneta romana, cioè dieci giuli ovvero il loro equivalente nella moneta del paese, non comprendendosi le cause contenziose ecc.

Or, Mgr Regnier, archevêque de Cambrai, avait soumis à l'approbation du Saint-Siège, l'ensemble des taxes de sa Chancellerie, et avait obtenu cette approbation le 27 juillet 1857. Son successeur ayant demandé la continuation de la même faveur, divers renseignements lui furent demandés, et la question des taxes pour les dispenses matrimoniales fut examinée à part et proposée à la Congrégation *Per summaria precum*. C'est précisément une affirmation du *folium* de cette cause, qui a pu faire croire à un changement dans la pratique du Saint-Siège sur la taxe des dispenses.

L'auteur du *folium* expose la demande de l'Archevêque de Cambrai, et, comme toujours, pèse les motifs pour et contre. Contre la taxe proposée, il fait valoir qu'elle est contraire aux prescriptions de la taxe d'Innocent XI, *qui*, dit-il, *a force de loi et est obligatoire partout, même en*

(1) L'écu romain vaut 5 fr 35; le jule 0,55.

dehors de l'Italie; pour l'adoption de cette taxe, il rappelle les raisons données par l'Archevêque. Finalement, la taxe est adoptée, et l'Archevêque reçoit l'autorisation : *Attentis peculiaribus circumstantiis, utendi enuntiata taxa... usque ad novas S. Sedis ordinationes, facto verbo cum SSmo.*

Il n'entre point dans notre plan de commenter cette décision; mais l'assertion contenue dans le *folium* de la cause sur l'obligation universelle de la taxe d'Innocent XI contredit formellement notre indult de 1809, et l'opinion que nous avons émise. Si la taxe d'Innocent XI a force de loi, si elle doit être obéie même en dehors de l'Italie, c'est à tort que l'indult de 1809 s'est contenté de demander que les taxes imposées pour l'exécution des dispenses de mariage soient modérées et conforme à l'usage des diocèses; c'est à tort que la Pénitencerie, en 1861, s'est bornée à dire que le Chancelier a droit à une rémunération convenable; il fallait être plus précis, et rappeler l'obligation de la taxe d'Innocent XI. Du moins, si, aux époques susdites, le Saint-Siège a eu quelque raison de ne pas presser l'obligation dont il s'agit, et s'il veut actuellement revenir à la rigueur du droit, nous ne pouvons plus actuellement nous appuyer sur les décisions anciennes. Il importe donc souverainement d'examiner avec attention l'assertion du *folium* de la cause de Cambrai; cet examen, nous le disons sans crainte de nous tromper, nous amènera à conclure que la rédaction du *folium* est due à un malentendu ou à une distraction.

106. — D'abord reproduisons le texte en entier :

In primis hujusmodi preces videntur negativo responso dimit-tendæ, quandoquidem præscriptioni in exigenda taxa a Pontifice Innocentio XI constitutæ refragantur. Sane in præscriptione Innocentiana hæc verba leguntur : Nelle cause... etc. (*Suit le*

te de la taxe d'Innocent XI, tel que nous l'avons cité plus haut.)

Quam quidem taxam in præsentiarum suum valorem obtinere etiam in exteris regionibus, et vim legis habere testantur Card. Petra, *ad Const. Apost. tom. 1, Proœm. § 3, num. 32*, adducens TARRACONEN. *Taxæ Innoc. diei 2 maii 1699*, et Girald. *Jus Pontific. § 2, sect. 53*, referens plures alias resolutiones H. S. C. Id tradunt etiam Doctores et juris Canonici interpretes; inter quos præcipue Fagnanus, *in V. Decretal., Ne Prælati vic. suas, cap. quoniam, num. 30*.

Jam vero, cum in casu nostro exhibeatur taxa quæ excedit Innocentianam : Archiepiscopus enim ipse in supplici suo libello V. S. O. oblato refert « quæ quidem taxa aliquantulum excedit Innocentianam; » sponte veluti sua fluit indultum ab Archiepiscopo imploratum, ut scilicet ea taxa uti possit, concedendum haud esse. Multoque minus indulgeri posse videtur quod Archiepiscopus secundo loco petit, nempe ut, si quid, demptis necessariis Cancellariæ sumptibus, supersit, id non solum in pia opera, sed ad necessaria vitæ erogare possit et valeat.

Verumtamen, cum ex iis quæ in facti specie enucleavimus, manifestum appareat causas, ob quas fel. rec. Pius IX taxam aliquantulum excedentem Innocentianam indulgit in præsentiarum adesse, videtur quod Archiepiscopo oratori concedi debeat ut eadem taxa, Eminentissimo antecessori indulta, ipse quoque uti valeat. Quin imo, cum ipsius œconomicæ conditiones aggravatæ et in pejus versæ sint, videant EE. VV. utrum oratori concedi debeat quod in secundo loco petit, ut scilicet « si quid, demptis necessariis Cancellariæ sumptibus, supersit, id non solum in pia opera, sed ad necessaria vitæ, erogare possit et valeat. »

107. — Nous n'avons rien à dire à ce dernier alinéa dans lequel le rédacteur du *folium* comparant la taxe d'Innocent XI avec les demandes de l'Archevêque de Cambrai, trouve une double différence : 1° Le chiffre de la taxe d'Innocent XI est dépassé; 2° Ce qui est beaucoup plus grave,

dit-il, le principe général sur la matière est mis de côté, puisqu'il s'agit d'autoriser l'usage des taxes *ad necessaria ritæ*. Nous nous bornons, répétons-le encore une fois, à la question de principe, à ce qui regarde l'obligation universelle de la taxe Innocentienne.

L'auteur du *folium* appuie son assertion sur l'autorité, et il cite Petra, Giraldi et Fagnan. Notre premier devoir doit être de vérifier ces citations. C'est ici que la surprise la plus complète nous attend : les trois auteurs cités n'enseignent point en fait le caractère universellement obligatoire de la taxe Innocentienne, et si les deux premiers rapportent des décisions de la S. Congrégation du Concile qui ont trait à cette taxe, c'est précisément pour prouver que la dite Congrégation s'est toujours abstenue d'affirmer l'obligation dont il s'agit. Voici, du reste, en détail, l'opinion de chacun d'eux.

Le passage de Fagnan auquel on renvoie est celui-là même que nous avons cité intégralement au numéro 104. Le lecteur peut juger qu'il n'y est aucunement question de la taxe Innocentienne, et même que les décisions citées assignent au notaire une rétribution qui n'est pas celle de la taxe. On s'étonnera, du reste, que Fagnan, qui est mort en 1678, dont le *Commentaire sur les Décrétales* a été imprimé à Rome en 1661, soit cité comme partisan de l'obligation universelle de la taxe Innocentienne, qui est datée du 1^{er} octobre 1678.

Giraldi, à l'endroit cité (1), se borne à copier le Cardinal Petra, lui emprunte toutes les décisions qu'il rapporte, et embrasse son opinion.

Le Cardinal Petra parle de la taxe Innocentienne en deux endroits : dans le *Proœmium* de son *Commentaire sur*

(1) *Jus Pontificium*, parte II (et non pas § II, comme porte le *folium*, faute d'impression qui pourrait empêcher de retrouver la citation), sect. 53.

les Constitutions Apostoliques (c'est le passage auquel renvoie l'auteur du *folium*), et dans le tome IV du même ouvrage, Commentaire sur la Constitution II d'Urbain VI, numéro 17. Dans le premier de ces passages, il se demande si la taxe d'Innocent XI est obligatoire en dehors de l'Italie; il raconte que la question a été expressément agitée devant la S. Congrégation du Concile, il donne les raisons pour et contre qui ont été développées, et termine en disant que la Congrégation n'a pas voulu se prononcer. C'est la cause *Tarraconen*, du 2 mai 1699, à laquelle fait allusion l'auteur du *folium*. En commentant la Constitution d'Urbain VI, Petra revient sur la question, dit qu'on doute à bon droit, *jure dubitatur*, de la force obligatoire de la taxe Innocentienne en dehors de l'Italie, rappelle la décision *in Tarraconen*, et ajoute la mention de deux autres décisions dans le même sens, la première *in N... Provinciæ Hispalen*, du 20 novembre 1706, la seconde *in Urgellen*, du 26 janvier 1692 (1).

108. — Nous voilà loin des assertions du *folium* de la cause de Cambrai et de l'opinion que l'on y prête à Giraldi et à Fagnan; nos lecteurs se demanderont, sans doute, comment l'auteur du *folium* a pu se méprendre ainsi. Nous croyons avoir l'explication de cette méprise. Tous ceux qui ont l'habitude de parcourir le *Thesaurus Resolutionum S. Congregationis Concilii* le savent; rien n'est plus fréquent que de voir le rédacteur d'un *folium*, à propos d'une cause nouvelle, rechercher les causes analogues qui ont pu se présenter dans le passé, et renouveler sur un doute ou sur une question à éclaircir, en termes à peu près identi-

(1) Mgr Lucidi (*De Visit. Sacr. Liminum*, de secundo relationis capite, n. 218 et 219) nous apporte à son tour deux autres décisions dans le même sens.

ques, l'exposé déjà fait dans les causes anciennes. C'est ce qui a dû avoir lieu pour la cause de Cambrai; seulement, la cause de Cambrai a été traitée *Per Summaria precum*, le rédacteur a eu une distraction et a emprunté un exposé ancien sans remarquer qu'il ne lui conservait pas son sens primitif, et en voulant abréger ou peut-être même serrer davantage son argumentation, il est arrivé à dénaturer complètement le passage cité.

C'est à la cause de Grenade, dont nous avons eu déjà l'occasion de parler, que ce malencontreux emprunt a été fait. J'ai sous les yeux le *folium* de cette cause de Grenade, qui, ainsi que je l'ai dit plus haut, a été agitée une première fois devant la Congrégation le 22 juin 1871, et a reçu sa solution définitive le 28 janvier 1882. Le rédacteur de ce *folium* a parlé, lui aussi, de la taxe Innocentienne, il l'a fait dans des termes irréprochables, il a cité très exactement Petra, Giraldi et Fagnan; mais on a eu le malheur, dans la cause de Cambrai, de ne le citer qu'en partie, et les suppressions que l'on a faites changent le sens.

Voici le passage. Il s'agit, dans la cause de Grenade, de prouver que les exécuteurs des dispenses matrimoniales ne peuvent percevoir d'émoluments d'aucune sorte, pas même les moindres, *nequidem tenuia*. Après l'argument tiré du texte des brefs, de l'opinion commune des auteurs, le rédacteur invoque, et avec raison, la taxe d'Innocent XI, *notissima taxa Innocentiana*, dit-il. Il en cite d'abord le texte, exactement comme dans la cause de Cambrai; puis il continue :

Nec refert, quod dubitatum fuerit apud nonnullos Auctores utrum hæc dispositio etiam extra Italiam vim legis obtineat, quod Italico idiomate exarata sit; ita Card. Petra *ad Const.*

Ap. tom. 1, Procem. § 3, num. 32, adducens Terraconen. Taxæ Innoc. diei 2 maii 1699; Giraldi, Jus Pontif. P. II, sect. 53, alias referens resolutiones S. H. C. Siquidem magnam sibi vindicare ubicumque auctoritatem certum esse puto, propterea quod sit juris jam constituti explicativa potius quam novi juris constitutiva. Tradunt hoc DD. et juris canonici interpretes. Et sane Fagnanus S. H. O. olim Secretarius in V. Decretal., Ne prælati vic. suas, cap. Quoniam, n. 30, hæc docet « ibi » Officiales... etc. (Suit le texte de Fagnan, tel que nous l'avons donné plus haut).

Ici, tout est clair : l'auteur du *folium* va droit à son but. Il s'appuie sur la taxe d'Innocent XI, et dès lors, il veut prévoir une objection qui en infirme l'autorité. Ne me dites pas que les canonistes, Petra et Giraldi par exemple, s'appuyant sur des décisions de la Congrégation, doutent sérieusement que cette taxe ait force de loi en dehors de l'Italie. Car vous devez toujours reconnaître que cette taxe n'a point établi un droit nouveau, qu'elle ne fait qu'expliquer et déterminer l'ancien, et que, par conséquent, elle a une grande autorité : tel est le sentiment des Docteurs et des interprètes du droit canonique. Et ici intervient à propos la citation de Fagnan, témoin du droit ancien, et preuve irréfragable que la taxe d'Innocent XI n'a rien innové.

Le rédacteur du *folium* de Cambrai s'est évidemment inspiré de ce passage ; il fait exactement les mêmes citations, n'en retranche pas une, n'en ajoute pas une ; il emploie les mêmes expressions. Seulement, par une inadvertance regrettable, il se méprend sur le sens des mots : *Ita Card. Petra, etc.*, et tandis que Petra doute de l'obligation de la taxe en dehors de l'Italie, il prend ce mot comme une affirmation de l'obligation ; alors, il supprime la phrase : *Siquidem, etc.*, qui affirme, malgré tout, l'autorité de la taxe, conformément à l'opinion commune des

canonistes ; cette phrase lui est, en effet, désormais fort peu nécessaire. Et, ainsi le Cardinal Petra et Giraldi se trouvent réunis dans une même opinion avec les Docteurs et les canonistes, et même avec Fagnan, mort avant d'avoir pu donner son opinion sur la taxe d'Innocent XI. — *Id tradunt etiam Doctores et juris Canonici interpretes ; inter quos præcipue Fagnanus, etc.* —

109. — Nous pensons que la cause est entendue, et que nous avons surabondamment prouvé qu'il ne faut point chercher dans l'assertion du *folium* de la cause de Cambrai, l'indication d'un changement dans la pratique et les jugements du Saint-Siège par rapport à la taxe Innocentienne. Concluons que l'enseignement de notre indult reste toujours vrai, et que la seule chose que demande le Saint-Siège, c'est que les taxes des dispenses ou les émoluments du Chancelier soient modérés, proportionnés à son travail, et que l'excès serait facilement blâmé à Rome. Nous ne faisons pas difficulté d'ajouter que la taxe Innocentienne ne fût-elle pas obligatoire, elle reste néanmoins un document fort grave, dont les déterminations, en matière de taxes, sont un exemple de la manière dont le Saint-Siège entend la *modération* exigée par le droit, et dont il ne serait ni prudent ni licite de s'écarter notablement sans des raisons sérieuses et sans un recours à l'autorité apostolique. Tel a été, sans doute, le motif du recours de l'Archevêque de Cambrai à la Congrégation du Concile, et, nous sommes heureux de le dire en finissant, telle est la doctrine qui résulte du *folium* de la cause de Grenade, et qui est commune parmi les canonistes, sans en excepter le Cardinal Petra (1).

110. — Pour dire toute notre pensée, il se pourrait bien qu'actuellement on suivit, dans l'Italie elle-même, plutôt

(1) On peut consulter sur ce point Mgr Lucidi, *loco citato*.

l'esprit que la lettre stricte de la taxe Innocentienne. Nous ne saurions l'affirmer avec certitude, mais nous avons quelques raisons de le croire.

La première, c'est que Mgr Lucidi, après avoir conclu comme nous que la taxe d'Innocent XI n'est peut-être pas strictement obligatoire en dehors de l'Italie, mais qu'elle a au moins une autorité fort grande, parce que ses dispositions sont entièrement conformes au Concile de Trente et aux principes du droit, et qu'il n'est ni prudent ni licite de s'en écarter notablement, termine en disant qu'en ces derniers temps beaucoup d'Évêques, « *intra et extra Italiam,* » ont soumis à l'approbation du Saint-Siège la taxe usitée dans leur Chancellerie. Il expose les avantages de cette conduite, et sa conclusion laisse bien supposer que, même en Italie, la taxe Innocentienne peut avoir été modifiée par la coutume ou être d'une application difficile : « *Itaque, dit le savant Prélat, si quis adest episcopus (idque de episcopis Italiae quoque dicimus, qui forte, in sequenda Innocentiana contrariam consuetudinem aut quascumque alias difficultates offendunt) qui taxam Innocentianam adamussim non servet, deque ea aliquem animo scrupulum foveat, non dubitet S. Congregationis examini, etc.* »

En outre, n'y a-t-il pas lieu d'interpréter dans le même sens les renseignements donnés par le Cardinal Vicaire à la S. Congrégation du Concile sur la pratique du Vicariat de Rome ? Que le lecteur veuille bien se reporter à la citation que nous avons faite plus haut (1), et qu'il considère que le Cardinal ne fait pas la moindre allusion à la taxe Innocentienne, et ne dit point qu'on en suive *adamussim* les prescriptions.

(1) V. pag. 410.

CONFÉRENCES ROMAINES.

QUÆSTIONES MORALES

DE TERTIO, QUARTO ET QUINTO DECALOGI PRÆCEPTO

De quibus deliberabitur in conventibus quos auspice viro eminentissimo Lucido M. Parocchi, S. R. E. Presbytero Cardinali et sanctissimi D. N. PP. Leonis XIII Vicario Generali, Romæ ad S. Apollinaris habebunt sacerdotes ex cœtu S. Pauli Apostoli diebus qui singulis quæstionibus inscripti sunt, a mense novembri anni 1885 ad augustum 1886.

MONITUM.

Qui propositas quæstiones enodare, aut enodatas magis magisque illustrare, vel piam habere collationem debeant, meminerint illud, quod nostro in cœtu semper solemne fuit, hæc omnia unius horæ spatio continenda.

Initium vero cœtus toto anno erit hora vicesima secunda.

I.

Die 23 novembris 1885, hora 3 pom.

Titius, dives mercator et innumeris implicatus negotiis, paschali tempore ad pœnitentiæ sacramentum accedens, interrogatus præter alia a confessario, qua ratione dies festos sanctificaverit, respondet se in more habuisse, singulis dominicis et festis, unam dumtaxat missam audire, et quidem studiose quærens presbyterum, qui eam quam citissime absolveret; quin alio quovis modo per illos dies vel mente, vel opere Deum præterea coleret. Sciscitante rursus confessario, an saltem attente missæ interfuerit,

reponit se, cum sacro adesset, flexis quidem genibus semper mansisse, nullatenus tamen orasse; sæpe etiam voluntarie ad sua negotia divertentem, supputationes de datis et acceptis per integrum fere sacrum mente instituisse; imo et quandoque, dum sacerdos in altari operabatur, tam acri et assidua pugna, ob protractam in sabbato vigiliam, cum somno decertasse, ut incerta sibi visa sit victoria. Tandem concludit, se, si forte aliquando diebus festis ad communionem accederet, ad temporis lucrum faciendum, intra missam discussisse conscientiam et peccata fuisse confessum, quin aliam missam sive antea, sive postea audierit.

His a Titio declaratis, ut confessarius eum corrigat, et quid in posterum ab eo sit agendum opportune præcipiat, secum quærit :

1° *An ad dies festos sanctificandos, præter missæ auditionem, aliquid aliud a fidelibus ex præcepto positivo præstandum sit?*

2° *Quænam attentio requiratur, ut præcepto de missæ auditione satisfiat?*

3° *An Titius in singulis, de quibus in casu, requisitam attentionem habuerit?*

II.

Die 14 decembris 1885, hora 3 pom.

Die dominica in quoddam oppidulum, mundinarum causa, ingens concurrat alienigenarum multitudo. Unum, nec admodum amplum, in eo templum habetur, una parochi missa. Dato signo ecclesiæ fores panduntur; et subito sacra ædes redundat populo, ut maxima turba in sacristiam, in vestibulum, in plateam, in contigua loca sese effundat. Est qui scandit in cancellatam templi fenestram (italice *coretto*), ibique manet; quin tamen quidquam de missa vel videat, vel audiat, parochus remissa voce celebrante. Titius, qui versatur in sua officina contra eandem sacram ædem posita, cum videat parum abesse, quin hominum frequentia in officinam ipsam irrumpat: Hodie, inquit, domi meæ sacro interesse mihi liceat. Famuli, qui sunt in cella officinæ contigua,

nihil præter dominum conversum ad templum et in genua pro-volutum videntes, quin inde pedem efferant, idem faciunt. Uxor Titii autem aliæque mulieres, in cubiculo commorantes, quod officinæ inminet, ad pergulam se conferunt, ex qua commode et templi fores spectant, et populum undequaque diffusum.

Quæritur :

1^o *Qualis requiratur præsentia ad missam die festo rite audiendam?*

2^o *Quænam distantia a loco celebrationis impediât, quominus sacro valide quis adsistat?*

3^o *Num hi omnes, qui memorantur in casu, satisfecerint præcepto auditionis missæ?*

III.

Die 11 januarii 1886, hora 3 1/4 pom.

Titius clericus, ecclesiam parochialem forte ingressus, dum catechesis ad populum habetur, audit doctrinam de festorum observantia fidelibus proponi, quæ a theologorum communiter receptis principiis abhorrere sibi videtur. Concionator enim dis-serens de abstinentia ab operibus servilibus in primis docet, ad hæc a non servilibus discernenda attendi potissimum oportere ad laboris gratuitatem, ad laborantis intensionem et ad defatigationem corporis. Hinc infert, non exercere opus servile eum, qui sine ulla spe lucri recreationis causa die festo laboret; vel qui id faciat animo otium vitandi; vel demum si ea præstet, quæ levis-simam defatigationem important, ut esset tibialia manu texere, rosaria et scapularia conficere, imagines acu pingere, typos componere, artem photographicam exercere aliaque his similia. Præterea definiens, quænam sit materia gravis in opere servili diebus festis peracto, docet eum graviter non peccare, qui per tres vel quatuor horas hujusmodi operibus vacet; imo vel eo rem deducit, ut excuset a mortali dominum, qui plures famulos jubeat per decem et amplius horas successive laborare, sedulo cavens ne tempus a singulis impensum materiam gravem attingat.

Titius de veritate hujus doctrinæ sollicitus theologum amicum adit, a quo quærit :

1° *Quonam criterio dignosci valeant opera servilia a non servilibus?*

2° *Quenam materia habenda sit ut gravis in opere servili diebus festis peracto?*

3° *Quid sentiendum de singulis doctrinæ capitibus a concionatore traditis?*

IV.

Die 25 januarii 1886, hora 3 1/2 pom.

Recitatur oratio de laudibus S. Pauli Apostoli, quem cœtus noster sibi patronum adlegit.

V.

Die 8 februarii 1886, hora 3 3/4 pom.

Caia, adolescentula nubilis et honestis orta natalibus, quæ cæteros hebdomadæ dies in aliorum servitium impendere ex rei familiaris angustia cogitur, ut sibi matricæ viduæ victum et decentem vivendi rationem compararet, sæpe festis diebus dat operam propriis vestibus consuendis, sudariolis et indusiis tergendis ferroque complanandis, atque aliis hujus generis domesticis operibus. Accidit etiam aliquando, ut si forte careat iis ornamentis, quæ se decere existimat, et sine quibus, ne nimis pauper esse videatur, nollet conspici a quodam juvene, qui eam cupit in uxorem ducere, sacro non intersit; nec enim ante lucem id sibi licitum putat ob suæ pudicitiae timorem, cum nempe sola sine matre, senectute et infirmitatibus impedita, ad templum deberet accedere. Tandem, oblata occasione notabiliter lucrandi, si novam vestem quam citissime assueret, festum diem in opere perficiendo integrum traducit, et vel a missa audienda abstinet.

De his omnibus, quæ bona fide se peregrisse dicit, confessarium tempore paschali consulit, a quo petit, an ea licita sibi revera

fuerint, et qua ratione se in posterum gerere debeat. Hinc confessarius secum quærit :

1° *Quænam causæ excusent a lege, quæ jubet diebus festis missæ auditionem, et abstinentiam ab operibus servilibus?*

2° *An causa legitime excusans sit etiam occasio notabilis lucri faciendi?*

3° *Quid respondendum Caicæ tum quoad præteritum, tum quoad futurum?*

VI.

Die 22 februarii 1886, hora 4 1/4 pom.

Titius, negotiator ditissimus, duos habet filios, quorum natu minorem, elegantiori forma mentisque alacritate præditum, speciali prosequitur dilectione; licet major natu nec ingenio omnino careat, nec pravis sit moribus, nec in patrem ullo modo reus. Itaque dum adolescentior litteris et scientiis addicitur, atque ad negotia gerenda sub patris instruitur directione, alter ab omni fere civili ac politiori cultura arcetur, et a quavis commercii addiscendi ratione a patre ipso prohibitus, laboribus domesticis dumtaxat operam dare cogitur. Titius, qui cum eo semper dure agit, sæpe eum monet, ut religioso alicui ordini det nomen, asserens id solum esse suo ingenio accommodatum. At filius semper renuit, negans se ad hujusmodi vitæ genus a Deo vocari, imo potius matrimonii statum adamare. Paulo post patri significat velle se puellam, pauperem quidem et deterioris conditionis, sed honestam, in uxorem ducere; cumque nullo modo patris veniam impetrare valeat, ipso inscio et invito, clam nuptias init. Quo cognito, Titius ira excandescens eum domo expellit, et testamento condito adolescentiorem hæredem constituit, et solam legitimam priori relinquit.

Verum paullo post morbo correptus confessario mentem suam aperit, tum de præterita cum filiis agendi ratione, tum de ultima sua voluntate jam tabulis consignata. Hæret animo confessarius et apud se quærit :

1° *Quænam debeat esse parentum erga filios temporalis cura?*

2° *Utrum præterita Titii agendi ratio cum filiis sit graviter culpabilis?*

3° *Quid censendum de condito testamento, et quid nunc Titio consulendum injungendumve?*

VII.

Die 15 martii 1886, hora 4 1/2 pom.

Titius, caudicus, magna distractus litium et negotiorum copia, cum prolis educationi per se vacare impediatur, filiarum curam pietissimæ uxori penitus relinquit. E duobus vero filiis, majorem, qui bellicarum rerum percupidus videtur, in militari collegio educandum curat. Et quidem uxor non semel cum viro conqueritur de hujusmodi collegio, tamquam minime tuto ratione fidei et morum, et in quod etiam juvenes sectæ heterodoxæ cooptentur. Cui vir non sine reprehensione respondet : mulieres semper malum cogitare, et cæteroquin in eo proprii cultus exercitium unicuique permitti, religiosis controversiis severe interdictis. Natu minorem Titius cuidam præceptori concedit, his tamen apposis conditionibus : nempe ut magister filium non corrigat, sed illius defectus ad patrem referat; deinde ut eum catholicæ religionis præceptis imbuat, attamen quoniam ad sæcularem statum destinatur, nimie pietati eum non addicat; tandem ut nunquam de ecclesiastico vel religioso statu cum eo loquatur, imo, capta occasione, utriusque status incommoda potius exaggeret. Institutor, qui datas condiciones se sancte servaturum promittit, subinde patri refert, filium esse iracundum, superbum et studia fastidientem. Cui pater subridens dandum hoc esse ætati respondet.

Expleto tandem educationis curriculo evenit, ut ambo Titii filii ad vitia proclives gravem parentibus angustiam afferant.

Quæritur :

1° *Quenam esse debeat spiritualis parentum cura erga filios?*

2° *Num a Titio in familie educatione adhibita ratio sit graviter culpabilis?*

3° *An institutor licite potuerit appositas condiciones acceptare et servare?*

VIII.

Die 29 martii 1886, hora 4 3/4 pom.

Titius ob patris et novercæ sævitiem domum relinquit, ac propria industria sibi victum comparat. Sed ne de hoc quidem contentus pater, ut alterius uxoris filiis, quos prædiligit, provideat, Titium urget ut, modica pecunia accepta, cuius renuntiet hæreditatis juri. Pro bono pacis huic renuntiationi acquiescit Titius, simul tamen declarans, se ab hoc die et patrem et familiam abdicare. Inde ad exteram regionem profectus, lapsu temporis mediocrem consequitur fortunam, uxorem ducit, liberos ex ea suscipit et commode juxta suum statum vivit. Post decem annos, quibus nullam de patre notitiam habuerat, ejusdem litteras recipit, quibus hic significat, se ad extremam redactum esse miseriam, et apoplexia correptum graviter decumbere; filios vero suos absque ulla arte et educatione miserrimos vagari. Sibi igitur filiisque suis subveniat, nisi maledictionem suam incurrere velit. Titius, præteritorum memor et suæ familiæ onere gravatus, cui vix satisfacere potest, epistolam lacerat. Verum post sex menses nuntius ei affertur de patris morte, quo vehementer perterritus et simul conscientiæ stimulis actus, confessario totam rem exponit et quærit :

1° *Quenam sint obligationes filiorum erga parentes?*

2° *Quid ex justitia vel saltem ex charitate sibi agendum erat post acceptam patris epistolam?*

3° *Ad quid modo teneatur erga fratres?*

IX.

Die 12 aprilis 1886, hora 5 pom.

Titius, nobilis generis et alacris ingenii juvenis, valde lucrosam munus exercens, turpibus vitiis aliquandiu indulgit. Gravi morbo

correptus, instante morte, judicia divina pertimescens religionem Carthusianorum ingredi vovet, si convaluerit. Sanitate recepta, votum suum patri manifestat, qui licet antea apprime dives, patrimonio tamen ex oscitantia dilapidato, ad inopiam vergebat, omnemque spem familiæ in Titio habebat repositam. Totis viribus conatur pater a suscepto proposito filium abducere, eique inter cetera ob oculos ponit miseram fratris natu majoris conditionem, qui jam emancipatus et conjugatus, ob ingenii tarditatem rem domesticam tam imperite gerit, ut ad prolem haud exiguam alendam Titii auxilio indigeat. Titius tamen his rationibus minime permotus, ut animæ saluti prospiciat, invito patre, religionem ingreditur, ac, tempore tirocinii emenso, solemnem professionem emittit. Interim pater senex, reliquis bonis consumptis, ad vitam aliqua ratione sustentandam, advocati cujusdam scripturas, pacta mercede, exscribere cogitur : frater vero ad suos alendos cum familiæ dedecore viro diviti famulum se addicit.

His cognitis Titius, qui magno ardore Deo inserviebat, scrupulis pressus confessarium adit, eidem rem omnem exponit ac quærit :

1° *An et ob quam parentum vel consanguineorum necessitatem teneatur filius ab ingressu religionis abstinere, vel ab ea egredi?*

2° *An bene ipse se gesserit religionem ingrediendo et vota solemniter profitendo?*

3° *Ad quid in præsens teneatur?*

X.

Die 10 maii 1886, hora 5 1/2 pom.

Titius novensilis parochus Caio amico presbytero dolens enarrat duos miserrimos casus, qui eadem die intra fines suæ parœciæ acciderant. Summo scilicet mane honestissima mulier ex alta fenestra se præcipitem dedit. et brevi mortua est; adeo ut vix declarare valuerit, se id egisse, ut e manibus impuri vio-

litoris eriperetur, potius mori quam fœdari cupiens. Insuper vir catholicus et in religionis exercitio satis diligens, quem primis matutinis horis in parochiali templo sacrum quidam viderant audientem et ad communionem accedentem, domum reversus, clauso ostio, violentas manus sibi intulit. In epistola autem a se antea conscripta, post petitam a suis veniam et commendatam eorum precibus animam suam, declaravit, se ingenti aere alieno gravari, suaque negotia nonnisi cum infamia et familiæ pernicie componi posse; addiditque, spem se fovere, fore ut familia, se defuncto, majorem a creditoribus commiserationem inveniat. His relatis Titius anceps hæret, quid judicandum sit de utriusque morte, et quomodo se gerere debeat circa eorundem funus et sepulturam. Huic Caius respondet, mulierem illam non solum damnandam non esse ut suicidam, sed potius ut martyrem castitatis colendam; pro altero vero, utpote viro catholico, stare præsumptionem, eum a statu mentis dejectum violentas manus sibi intulisse; quapropter ambigendum non sit, quin illius etiam funus et sepultura secundum catholicum ritum peragi possit.

Huic sententiæ non acquiescens Titius rem cum eximio theologo confert, a quo quærit :

1° *An unquam liceat sibi mortem inferre?*

2° *An ambo, de quibus in casu, habendi sint ut rei suicidii?*

3° *Quid de Cæii sententia judicandum?*

XI.

Die 24 maii 1886, hora 6 pom.

Inter Titium et Sempronium militiæ officiales gravis exoritur zelotypia ratione Bertæ puellæ, quam uterque perditissime deperit. Quare Sempronius ad singulare certamen Titium provocat. Cum civili etiam jure in illorum regno duellum proseribatur, pœnas contra duellantes sancitas veritus Titius reponit, se illud recusare; paratum tamen semper esse, si aggressionem patiatur, vim vi repellere. Paulo post e suburbano prædio in urbem Titius rediens comperit, quosdam sicarios in via ex mandato Sempronii

suae vitæ insidiari. Et quidem alia potuisset commode urbem petere, sed probrosum sibi iudicans hanc pugnandi occasionem fuga vitare, Caium sodalem rogat, ut auxilium sibi in hoc certamine præbeat. Renuit primum Caius, qui cum familiam suo labore sustentet, absque ulla necessitate discrimen vitæ subire pertimescit : at postea Titii precibus victus, se ad ejus latus futurum spondet. Cum igitur districto gladio iter prosequantur, subito ab insidiis prosiliunt quatuor sicarii, in eosque impetum faciunt. Strenue se defendunt Titius et Caius, duosque ex aggressoribus humi prosternunt, alios duos fugant. Nec tamen victores incolumes discedunt : nam Caius e vulnere in pugna accepto aliquot post dies cum gravi familiæ damno moritur.

Quæritur :

1° *Quibus limitibus circumscribatur jus privatæ sui ipsius defensionis contra injustum aggressorem?*

2° *An tum Titius, tum Caius peccaverint in hac sui ipsorum defensione?*

3° *An ad aliquid erga Caii familiam Titius teneatur?*

XII.

Die 7 junii 1886, hora 6 pom.

Titius sacerdos, præter multas proprias opes et vasa argentea, depositam etiam apud se habebat magnam pecuniæ vim Caii pupilli, cujus erat tutor. Quadam nocte duo, simulato amicorum nomine, illius cubiculum ingressi, armata manu mortem minitantes pecuniam exigunt. Perterritus Titius, ut suis rebus parcat, pupilli pecuniam ex integro latronibus offert, qui ea arrepta aufugiunt. Tum Titius clausa porta ad fenestram accurrit, magnisque vocibus fures inclamat. Qui, cum eo ipso momento e domo se proriperent, Titius arripit unum ex vasibus, in quibus ad fenestræ latera flores alebantur, et ita ad perpendicularum in eos jactat, ut prior, qui egressus est, ictu percussus, illico exanimis in terram corruerit, dum alter, qui pupilli pecuniam secum ferebat, longe aufugit incolumis

Die sequenti Titius missam celebraturus anxius dubitat, an peccaverit et irregularitatem incurrerit. Hinc ad confessarium accedit, quærens :

1° *An, quando et quousque liceat occidere invasorem bonorum, sive ea sint propria, sive proximi?*

2° *Utrum ipse sit reus homicidii et irregularis evaserit?*

3° *An licite potuerit furibus pro re sua pupilli pecuniam offerre; vel, si secus, an ad aliquid erga illum modo teneatur?*

XIII.

Die 5 julii 1886, hora 6 1/4 pom.

Inter Titium et Caium parochos exorta fuerat controversia (non sine animorum æstu postremis hisce temporibus inter theologos agitata) de licitate operationis chirurgicæ, quæ *craniotomia*, seu *embryotomia* audit. Post plura acriter inter eos disputata, cum compertum habuissent, hujusmodi quæstionem ab Emo Archiepiscopo Lugdunensi nuper propositam fuisse S. Congregationi Inquisitionis, satius duxerunt hujus responsionem expectare. Et revera sub die 28 maii anni 1884 ad dubium ab eodem Archiepiscopo propositum : - An tuto doceri possit in scholis catholicis, licitam esse operationem chirurgicam, quam craniotomiam appellant, quando scilicet, ea ommissa, mater et filius perituri sint, ea e contra admissa, salvanda sit mater infante pereunte? - ita responsum fuit : - Emi Patres Inquisitores generales, omnibus diu et mature perpensis, habita quoque ratione eorum, quæ hac in re a peritis catholicis viris conscripta, ac ab Eminentia Tua huic Congregationi transmissa sunt, respondendum esse duxerunt : *Tuto doceri non posse.* - Quæ responsio ipsa eadem die a Summo Pontifice plene confirmata fuit. Audito S. Congregationis responso, nova inter parochos succedit controversia circa vim censuræ, qua sententia craniotomiæ licitatem affirmans mulctata est; an scilicet post datam responsionem sententia illa possit adhuc haberi ut probabilis, et an in probato

veræ necessitatis casu ad matris vitam servandam in praxim deduci queat?

Cum porro quæstionis inter eos agitatæ exitum non invenirent, communi consilio ad eximium theologum accedunt, quem rogant, ut, revocato prius breviter totius controversiæ statu, ei placeat respondere ad sequentia dubia :

1^o *An post responsionem, de qua in casu, sententiæ cranio-
tomiciæ licitatem affirmanti adhuc adscribi possit vera pro-
babilitas?*

2^o *Quomodo se gerere debeat parochus, si in particulari
necessitatis casu consulatur, an prædicta operatio licite fieri
queat?*

XIV.

Die 19 julii 1886, hora 6 pom.

Titia graviter ægrotans audit a Berta famula sua, eam facile pristinæ sanitati posse restitui, si ope medicatæ cujusdam potio-
nis fœtum expellat, quo a sex mensibus gravatur. Titia hujus-
modi consilium medico aperit, qui illud reprobat tamquam facinus
ab Ecclesia sub pœna excommunicationis damnatum. Berta, quæ
id ignorabat, his auditis animo horret; at Titia sanitatem ex-
optans, medico vix egresso, mandat famulæ, ut alium advocet,
sperans opportunam se medicinam ab illo fore nacturam. Et
initio quidem excommunicationis metu renuit Berta; verum
deinde dominæ precibus victa jussum exequitur. Accedit medicus,
et ratus fœtum, licet non expellatur, omnino moriturum, potio-
nem ad ejiciendum dari posse declarat. Verum subdit, se alia
methodo uti, qua nempe habetur abortus per uteri, seu potius
membranæ, qua fœtus clauditur, scissionem; atque hoc in casu
pœnas non incurri ab Ecclesia sancitas, tum quia hujusmodi
operatio fœtum per se et directe non occidit, tum quia leges com-
minantes pœnas de venenis, medicamentis et potionibus agunt.

His auditis Titia in operationem libenter consentit, qua peracta,
fœtus expulsus post receptum baptismum statim moritur, et
mater sanitati restituitur.

Quæritur :

1^o *An aliquando liceat abortum procurare?*

2^o *Quid de singulis in casu sentiendum?*

3^o *An aliquis ex memoratis in casu inciderit in excommunicationem contra procurantes abortum sancitam?*

XV.

Die 9 augusti 1886, hora 5 3/4 poin.

Titius, post gravem injuriam a Caio sibi illatam, quadam die it obviam illi inermi, ipsumque incusso metu et intentatis minis ad duellum provocat, animo tamen reputans, fore ut illud recuset. At e contra Caius, minis perterritus, duellum acceptat. Itaque seliguntur testes et arma, simulque tempus et locus determinantur. Data hora Titius cum suis patrinis ad conventum locum se confert; sed loco Cæi reperit expectantem filium ejus Sempronium. Admirans ab eo quærit, cur Caius non advenerit; quia morbo laborat, respondet Sempronius. Quo audito, ira percitus Titius ipsum ad pugnam loco patris provocat. Testibus præsentibus ambo gladium extrahunt et inter se dimicant, fitque brevi ut Sempronius dexteram auriculam Titio abscindat.

Quæritur :

1^o *Quæ necessario requirantur, ut singulare certamen verit nominis duellum dici possit?*

2^o *An Titius sub spe non acceptationis potuerit Caium ad duellum provocare; et an Caius debuerit non acceptare?*

3^o *An certamen Titium inter et Sempronium fuerit verum duellum?*

4^o *An aliquis ex memoratis in casu inciderit in pœnas contra duellantes sancitas?*



L'AVORTEMENT EST-IL TOUJOURS OCCISIF DE SA NATURE ?

DERNIER MOT AU R. P. MATHARAN.

Dans sa réponse à ma lettre du mois de septembre dernier, le R. P. Matharan s'exprime comme il suit : « Vous voulez bien espérer que le temps et la réflexion me rallieront à votre sentiment (1). Que faudrait-il pour obtenir ce résultat ? Me démontrer que l'avortement sera toujours suivi de la mort du fœtus non viable ? Non, certes, la chose est par trop évidente. Mais que l'on démontre par un argument simple, clair, décisif, que *l'acte lui-même*, par lequel on sépare l'enfant de la mère, est occisif de sa nature, que la mort est *l'effet immédiat* de cet acte, et aussitôt je rends les armes ; et pour embrasser votre opinion, je

(1) J'avais écrit : « Je suis persuadé que le temps et la réflexion vous rallieront, mon Révérend Père, sur la question présente, à *l'enseignement traditionnel de l'universalité des théologiens*. » Il ne s'agit pas en effet ici d'une petite opinion personnelle. — A la dernière page de la *Réponse* du R. P. Matharan, on lit : « Avant de finir, disons quelques mots sur l'avortement du *fœtus non encore viable*, » tout comme s'il y avait une autre espèce d'avortement, et si rien n'avait été dit (ici même) contre les tendances à vouloir confondre, à dessein, l'avortement avec le *partus acceleratus*, ou accouchement prématuré. — Ailleurs, le Révérend Père dit : « Votre ouvrage est le premier, à ma connaissance du moins, où l'on cherche à trouver un argument favorable à l'embryotomie dans les *Notes* (du R. P. Ballerini) au *Compendium*, » tout comme si je n'avais rien répondu à cette imputation, et si je n'avais pas transcrit dans ma lettre au R. P. Matharan un long passage du livre de Viscosi (*L'embriotomia nei suoi rapporti colla morale cattolica* — Napoli, 1879) où cet auteur s'appuie précisément sur les *Notes* du R. P. Ballerini (voir le vol. précédent de la *Revue*, pag. 553 et 554) pour justifier sa thèse embryotomiste... Je m'arrête. *Sunt certi denique fines*.

n'attendrai pas un an, un mois, un jour, dût ma *conversion intellectuelle* vous surprendre par son caractère qui vous paraîtrait *insolite*. »

En attendant, le Révérend Père pose en *loi*, « qu'un avortement procuré par un acte qui, de sa nature, n'est point *occisif* de l'enfant, et qui ne tend nullement à le faire périr, mais seulement à le transférer hors du sein maternel, peut, dans le cas de nécessité extrême, devenir licite, afin de sauver la mère; » et « nous affirmons, ajoute-t-il, la possibilité de procurer l'avortement par un acte » qui ait ce caractère.

Malgré l'engageante invitation de reprendre la plume, que veut bien m'adresser ici mon honorable correspondant, j'inclinai à garder le silence dans la crainte d'abuser, à mon tour, « de la patience de nos lecteurs, en prolongeant le débat. » La pensée que, peut-être, tout n'a pas été dit sur le point précis mis en relief dans ce qu'on vient de lire, m'a seule inspiré de confier ce *dernier mot* à la *Rerue*.

Tout d'abord, je me permettrai de dire au R. P. Matharan, que nous ne pouvons pas accepter sa mise en demeure; elle est trop en contradiction avec la règle la plus fondamentale de toute bonne controverse. Faisons une comparaison. La famille de Pierre est de date immémoriale en possession d'un bien, d'un privilège, ayant ses attributions traditionnelles. Paul se présente, et, sans nier la légitimité de la possession, prétend en restreindre l'extension et les limites. A qui incombera l'*onus probandi*? Paul sera-t-il en droit de dire à Pierre : « Je m'attribue telle partie de votre bien, à moins que vous me démontriez que vous y avez droit? » Non, évidemment. Pierre est en possession; à lui de mettre Paul en demeure de justifier ses prétentions. A nous de prier le R. P. Matharan d'exhiber ses preuves. En tous les temps, il a été reconnu et enseigné universellement que l'avortement provoqué était un fœticide, c'est-à-dire, un homicide (1). « *Mulieres quæ medicamentis ad abortum utuntur,*

(1) Il va de soi que nous n'entendons parler que de l'avortement du fœtus réputé *animé*.

homicidas esse dicimus. - Ainsi écrivait, dès le deuxième siècle, Athenagore, dans son *Apologie du Christianisme* envoyée à Marc-Aurèle. Avant lui, Tertullien avait écrit : « Nobis homicidio semel interdicto, etiam conceptum utero dissolvere non licet. »

Ainsi parlent de l'avortement provoqué, saint Jérôme, saint Augustin, etc., et après eux, tous nos moralistes qui, précisément parce qu'ils y voient un homicide direct, l'ont toujours déclaré intrinsèquement mauvais. - Supponunt omnes auctores, disent les docteurs de Salamanque (1), quod si fœtus fuerit animatus, omnino illicitum est procurare abortum per media directe et per se ad *expellendam vel occidendam* creaturam ordinata, sed esse peccatum *homicidii proprie dicti* sic abortum procurare. - Sanchez se demande : « Num ubi aliud non suppetit medium ad ipsius prægnantis salutem restaurandam, ac probabiliter sit moritura nisi abortiatur, liceat potionibus aliove remedio *abortum procurare*? » Il répond que « ubi fœtum jam animatum esse constiterit, constat apud omnes auctores id minime licere, quia est intrinsece malum *innocentis necem procurare*. » La théologie morale est donc en possession de la doctrine suivante : L'avortement directement provoqué soit par des moyens qui tuent le fœtus dans le sein de la mère, soit par des moyens autres qui le détachent seulement de son sein, est un homicide commis contre un innocent, et comme tel, c'est une action intrinsèquement mauvaise et coupable.

A l'encontre de cet enseignement, le R. P. Matharan nous dit connaître une méthode de procurer l'avortement qui, de sa nature, ne serait pas occisive du fœtus. Quelle est cette méthode nouvelle dont nos devanciers ignoraient l'existence ? Le Révérend Père n'a pas jugé opportun de nous la révéler. Nous serions donc en droit de lui répondre : Parlez et nous jugerons ; d'ici là, notre thèse reste entière et intacte. Toutefois, puisqu'il promet si généreusement de rendre les armes - si on lui démontre par un

1: *De occisione innocentis.*

argument simple, clair, décisif, que l'acte lui-même, par lequel on sépare l'enfant de la mère, est occisif de sa nature, que la mort est l'effet immédiat de cet acte, - j'essaierai de formuler cet argument. Au préalable, définissons les termes. Que faut-il entendre par un acte *occisif de sa nature* et celui dont la mort est un *effet immédiat*? Grammaticalement, ce dernier terme exclut tout intermédiaire entre la cause et l'effet. La cause *immédiate* de la mort sera donc en toute circonstance l'*ultimum agens* qui éteindra la vie en séparant l'âme du corps. Vous avez un poison lent mais efficace, la mort surviendra à coup sûr, quoique seulement au bout d'un intervalle plus ou moins prolongé. Il faudra que le venin pénétre par la digestion dans la circulation générale, qu'il arrive au cœur de la vie, qu'il y exerce ses ravages et y produise des effets, lesquels, devenus causes à leur tour, briseront le fil de l'existence. — Autre exemple : Vous enfermez un oiseau dans un bocal que vous fermez hermétiquement. L'oiseau consumera peu à peu le volume d'air laissé à sa disposition, bientôt il se sentira suffoqué ; enfin, l'oxygène ne renouvelant plus le sang, celui-ci cessera de circuler et le petit animal expirera.

Dernière comparaison : Assis sur le bord d'une eau limpide, vous apercevez un joli petit poisson ; vous le saisissez doucement, de peur de lui faire du mal, vous le déposez sur la table, il se débattrait et, son organe n'étant pas fait pour respirer le grand air, il finira par périr. Ainsi périra toujours et fatalement le petit être humain, que l'avortement aura détaché du sein maternel, où la nature lui avait préparé, et nulle part ailleurs, l'unique et indispensable aliment, soutien de son existence.

Dans tous ces cas, dites, si vous le voulez, que *secundum quid* la mort n'est pas l'effet immédiat de l'acte premier, mais avouez qu'avaler du poison, soustraire l'air ambiant à un petit oiseau, tirer un poisson hors de l'eau, ce sont bien là des actes *occisifs* et destructifs de leur nature. Le bon sens du vulgaire, d'accord avec la saine philosophie, protesterait contre toute assertion contraire. En voici la raison, et c'est ici que j'arrive à l'argument

« simple, clair, décisif, » que demande le R. P. Matharan.

Il se produit journellement, dans le monde terrestre, deux sortes de successions de causes et d'effets. Les unes sont nécessaires et fatales, parce qu'elles sont soumises à des lois naturelles, qui dépassent le pouvoir de l'homme. D'autres, au contraire, sont accidentelles ou libres. Dans celles-là, qui pose la cause première, est responsable de tous les effets qui fatalement en suivront. C'est le cas des hypothèses énoncées ci-dessus. Dans les successions accidentelles, la responsabilité cesse là où l'intervention d'une cause nouvelle sera devenue nécessaire, pour produire l'effet subséquent. Deux individus se battent : l'un est blessé légèrement; il n'a souci de sa blessure, qui s'envenime et peu après le conduit au cimetière. Cette mort ne sera pas imputable, comme telle, à l'homme qui aura porté le coup. Or, est-ce là le fait du praticien, qui, par n'importe quel moyen, produit un avortement? Non, cent fois non. Je l'ai dit dans ma lettre au R. P. Matharan : tandis que nous respirons par les poumons, l'organe de la respiration du fœtus c'est le *placenta* ou le gâteau charnu qui unit le fœtus à sa mère; c'est là, et là seulement, qu'il trouve la nourriture qui lui convient. « Le placenta est tout ensemble, pour l'embryon, dit Béclard, un organe de nutrition et de respiration. » Or, tout avortement consiste dans la rupture de ce lien nécessaire et indispensable, lequel une fois brisé, il n'est plus au pouvoir de l'homme d'en empêcher les conséquences; le fœtus périra comme étouffé, avant qu'il ait eu le temps de consumer ce qui lui reste de forces nutritives. Imaginez telle méthode qu'il vous plaira pour arriver à cette rupture (1); dès que vous la voulez et l'obtenez, même dans le dessein de sauver par ce moyen la santé de la mère, vous êtes homicide de fait et de

(1) Serait-ce dans ce but que le savant annotateur de Gury parle, comme moyen de procurer l'avortement de « *fibrarum relaxatio, qua fit ut fœtus suo pondere pressus præmature nascatur : quæ quidem relaxatio seu *partus acceleratio* (!) tum naturales causas habere potest tum certe obtineri v. g. balneis, etc.* » Je doute qu'il trouve un médecin de nos savantes Facultés qui consentirait à signer cette antique doctrine obstétricale.

consentement ; vous tuez un être humain créé à l'image de Dieu, dont l'innocence aurait dû vous détourner absolument d'une semblable résolution. Pour trouver ici des distinctions du genre de celle que nous repoussons, il a fallu toute la subtilité du spirituel professeur, dont le R. P. Matharan s'est constitué l'avocat. Disons au Révérend Père, en terminant, que son docte confrère, qui aujourd'hui occupe avec une distinction marquée la chaire de Théologie morale de l'Université Grégorienne, tout en respectant la mémoire de son illustre prédécesseur, ne craint pas de le réfuter énergiquement en quantité de points et notamment en ce qu'il lui a plu d'enseigner et d'écrire sur la licéité de l'embryotomie et de l'avortement provoqué.

A. E.



CONSULTATIONS.

CONSULTATION I.

Quand un mariage a été fait sans messe, peut-on, le jour suivant, dire la messe *Pro sponsis* et donner la bénédiction nuptiale, ou, au moins, faire mémoire de la messe *Pro sponsis*, si la rubrique ne permet pas de la dire ?

Il faut répondre affirmativement. C'est la conclusion légitime des termes du décret du 31 août 1881 : - *Benedictionem nuptialem, quam exhibet Missale Romanum in Missa pro sponso et sponsa, semper impertiendam esse in matrimoniis catholicorum, intra tamen Missæ celebrationem, juxta Rubricas, et extra tempus feriatum, omnibus illis conjugibus qui eam in contrahendo matrimonio, quacumque ex causa non obtinuerint... (1).* - Donc les époux qui, *pour un motif quelconque*, n'ont pas reçu, au jour de leur mariage, la bénédiction nuptiale, ont droit à la recevoir ensuite, mais *seulement pendant la célébration de la messe*; la bénédiction nuptiale n'est pas séparable de la messe, et rien n'est modifié sous ce rapport. Mais quelle messe devra être célébrée en pareil cas ? La messe indiquée par la rubrique : *Juxta rubricas*. Or, la rubrique qui précède la messe votive *Pro sponso et sponsa*, dispose, non pas que cette messe est réservée au jour même du mariage, mais qu'elle se dit *si benedictio nuptiarum facienda sit*

(1) *V. Nouv. Revue Théol.*, xiv, pag. 249.

aliis diebus præter diem Dominicam, vel aliud festum de præcepto, sive duplex primæ aut secundæ classis; et, dans ces jours exceptés, elle ajoute qu'on dira la messe du jour, cum commemoratione missæ rotivæ et reliquis quæ pro Communionem et complemento benedictionis in ea habentur. C'est donc cette règle qu'il faut suivre.

CONSULTATION II.

EX decretis S. R. C. (præsertim IN MARSORUM, 12 nov. 1831 ad 34; in UNA ORD. MIN. OBSERV., 16 april. 1853 ad 16; et in decreto supracitato (1) 18 julii 1885 ad 5, 6, 7, 8 et 9); manifestum est Oratorium seu Capellam publicam Regularium, *quæ non est consecrata*, non habere jus celebrandi sub ritu duplici primæ classis cum *Credo* et Octava tum ipsius Festum titolare, tum ejus dedicationis. Sed quæritur nunc, cum in hisce regionibus pauca Ecclesiæ inveniantur consecratæ, non solum inter Capellas *publicas* Regularium, sed etiam inter Ecclesias Parochiales et quidem Cathedralis, utrum *Regulares* possint et debeant celebrare de Titularibus Ecclesiæ Cathedralis *non consecratæ*, sed solemniter benedictæ dumtaxat, Officium cum Missa sub ritu duplici 1^{re} classis cum *Credo*, sed absque Octava?

RÉP. — Nous pensons qu'il faut répondre affirmativement. Les décisions rapportées ci-dessus ont pour but de déclarer que le Titulaire d'un *oratoire* consacré, a droit au rite double de 1^{re} classe et à l'octave; elles n'ont pas pour effet d'ajouter une condition de plus à celles qui regardent les Titulaires des *églises* proprement dites. Or, plusieurs décisions de la S. Congrégation des Rites établissent en termes généraux, il est vrai, mais sans distinguer aucunement entre les églises cathédrales et les autres, que le Titu-

(1) Plus haut, page 369.

laire d'une église doit toujours être honoré, et qu'il n'y a pas lieu de rechercher si l'église est consacrée ou simplement bénite. Citons les décisions du 21 mars 1711, IN UNA ORDINIS CAPUCCINORUM PROVINCE LUGDUNEN, ad I^m; du 2 septembre 1831, IN VALLISPRATEN; du 28 septembre 1872, IN ALTONEN; du 11 août 1877, IN GEBENNEN. Nous croyons que le principe s'applique aux églises cathédrales comme aux autres.

CONSULTATION III.

Il est accordé certains privilèges aux prêtres qui font la collecte en faveur de l'Œuvre de la Propagation de la Foi; et ainsi, par exemple, chaque prêtre qui recueille au moins 260 francs par an, jouit du privilège de l'autel deux fois par semaine, et a de plus le pouvoir de bénir des *chapelets*, *croix*, etc.

Qu'il me soit permis de vous demander de vouloir insérer dans le prochain numéro de la *Nouvelle Revue Théologique*, jusqu'où s'étend ce pouvoir. Ce prêtre peut-il bénir aussi les chapelets de Notre-Dame des Sept-Douleurs, et autres chapelets, et lesquels? Peut-il bénir les scapulaires? En un mot, que doit-on entendre par *Rosaires*, et qu'y a-t-il de sous-entendu dans le mot *et cætera*?

RÉP. — Les privilèges que cherche notre abonné sont très exactement résumés sur la 4^e page de la couverture de tous les numéros des *Annales de la Propagation de la Foi*. Il serait assez long de donner le texte intégral des rescrits de concession; nous nous bornons aux passages essentiels.

Les rescrits de concession sont au nombre de deux. L'un, du 31 décembre 1871, n'était accordé que pour sept ans, et a été renouvelé deux fois depuis, le 16 juin 1878 et le 7 juin 1885, *in forma et terminis prioris indulti*; selon

toute apparence, il sera renouvelé de même en 1892. L'indult de 1871 porte expressément la clause *de Ordinariorum consensu*. Le second indult, du 25 mai 1885, ne requiert point le consentement de l'Ordinaire, et est perpétuel; il contient certaines indulgences ou privilèges pour les associés de l'Œuvre en général, et certains pouvoirs pour les prêtres. Nous ne parlerons que de ces derniers.

Les deux indults distinguent :

I. Les prêtres qui, dans l'année, auront versé à la caisse de l'Œuvre, une somme représentant au moins : *a*) le produit de cent souscriptions (260 fr.), soit que cette somme ait été recueillie par eux, ou centralisée par eux, ou qu'elle provienne de leur générosité; ou *b*) le produit de huit souscriptions (20 fr. 80) par chaque centaine d'âmes de la paroisse qu'ils habitent ou de l'établissement auquel ils sont attachés, quelque soit d'ailleurs la provenance de cette somme.

II. *a*) Les prêtres membres d'un Conseil ou d'un Comité chargé des intérêts de l'Œuvre. *b*) Ceux qui, dans l'année, auront versé à la caisse de l'Œuvre une somme représentant au moins le produit de mille souscriptions (2,600 fr.).

Voici maintenant les passages importants des deux Rescrits :

Rescrit de 1871.

A tous les prêtres désignés ci-dessus (n^{os} I et II) le Souverain Pontife accorde, *de Ordinariorum consensu, pro annis tamen in quibus summas in supplici libello enunciatas reapse solverint, vel fuerint a Consiliis prædicti pii Operis* :

1^o *Facultatem benedicendi extra Urbem rosaria seu coronas precatórias, cruces, crucifixos, imagines, parvas statuas et sacra numismata, eisque applicandi consuetas indulgentias, etiam*

S. Birgittæ nuncupatas debitisque adimpletis conditionibus lucrandas.

2° Facultatem impertiendi benedictionem cum indulgentia plenaria Christi fidelibus in mortis articulo constitutis, servata Constitutione s. m. Benedicti XIV inc. *Pia Mater*.

3° Indultum personale altaris privilegiati, dummodo intuitu hujus privilegii nihil omnino, præter consuetam eleemosynam, percipiant; quod quidem indultum Sanctitas Sua presbyteris qui sub num. I. designantur, *bis* in hebdomada, illis autem qui sub num. II exhibentur, *quinquies*, impertita est.

Rescrit de 1885.

Seules, les deux dernières concessions regardent les prêtres. Les voici :

4° Presbyteris, qui in anno summam 260 francorum collegerint, vel de suo solverint, aut in anno summam octo subscriptionibus æquivalentem, scilicet 20 fr. 80 pro quibuslibet centum animabus parœciæ quam inhabitant aut instituti in quo commorantur, supputandam, indultum altaris privilegiati ter in hebdomada.

5° Presbyteris autem ad quodcumque consilium seu comitatum ipsi Pio Operi dirigendo pertinentibus, atque item Presbyteris qui in anno summam respondentem mille subscriptionibus, scilicet 2,600 fr., collegerint, vel de suo solverint, facultatem benedicendi cruces cum indulgentiis pio exercitio *Vivæ Crucis* adnexis, atque insuper facultatem imponendi cingulum et scapulare seraphicum cum applicatione omnium et singularum indulgentiarum et privilegiorum, quæ hujusmodi impositioni Summi Pontifices impertiti sunt.

On voit qu'en ce qui concerne le privilège de l'autel, les prêtres désignés ci-dessus sous le n° II ont seuls intérêt au renouvellement de l'indult de 1871, parce qu'il leur accorde cinq jours par semaine. Les prêtres désignés sous le n° I

ont, par le Rescrit de 1885, et, sans qu'il y ait lieu de le renouveler, trois jours au lieu de deux.

Quant aux questions posées par la Consultation, elles se rapportent toutes aux facultés énoncées dans l'alinéa premier du Rescrit de 1871. Il suffit de lire cet alinéa pour reconnaître les objets que ce rescrit donne pouvoir d'indulgentier, et les indulgences qui peuvent y être attachées. Il s'agit des indulgences apostoliques seulement, et, en outre, pour les chapelets de cinq dizaines ou les rosaires, des Indulgences Brigittaines. Le pouvoir ne s'étend pas plus loin. Il n'est pas permis, en vertu de ce Rescrit, de bénir le chapelet de Notre-Dame des Sept-Douleurs, ni aucun autre; à plus forte raison aucun pouvoir n'est-il donné pour imposer un scapulaire quelconque.

Nous pourrions nous arrêter ici : nous avons répondu aux questions posées dans la Consultation; mais, pour être complet, nous croyons devoir ajouter que le dernier pouvoir accordé par le Rescrit de 1885 était exprimé en des termes qui ont paru obscurs, et a été suivi de la question et de la réponse suivantes :

Rescriptum S. C. a Christiano nomine Propagando.

Beatissime Pater,

Fr. Bernardinus a Portu Romatino Minister Generalis Ordinis Minorum S. Francisci, ad pedes S. V. humillime provolutus, exponit :

In Apostolico Rescripto promulgato in fasciculo N. 362 mensis septembris elapsi anni 1885 *Annalium Propagationis Fidei* legitur :

Ex Aud. SSmi habita die 25 maii 1885. — SS. Dominus Noster Leo PP. XIII, referente me infrascripto S. C. de Propaganda Fide secretario, ut pium opus a Propagatione Fidei

magis ac magis in dies augeatur, favore ejusdem benigne concedere dignatus est.

I. Indulgentiam Plenariam, etc....

V. Presbyteris autem ad quodcumque Consilium seu Comitatum (Comité) ipsi pio operi dirigendo pertinentibus, atque item Presbyteris, qui in anno summam respondentem mille subscriptionibus, scilicet 2,600 fr. collegerint, vel de suo solverint, facultatem benedicendi cruces cum Indulgentiis pio exercitio Viæ Crucis adnexis; atque insuper imponendi cingulum et scapulare seraphicum cum applicatione omnium et singularum Indulgentiarum et Privilegiorum, quæ hujusmodi impositioni Summi Pontifices impertiti sunt.

Datum Romæ, etc.

† D. ARCHIEP. TYREN, *Secretarius*.

His præmissis. cum in præfato Apostolico Rescripto nulla mentio fiat de Tertio Ordine Sæculari S. Francisci et ideo neque de Novitiatu postulantium, neque de professione Novitiorum ejusdem Ordinis, juxta Constit. *Misericors* a Sanctitate Vestra emanatam die 30 maii 1883, humillimus Orator enixe rogat, ut Sanctitas Vestra declarare dignetur an pro facultate imponendi cingulum et scapulare seraphicum de qua est sermo in memorato Rescripto, intelligi debeat licentia adscribendi fideles Confraternitati Chordigerorum S. Francisci?

Pro qua gratia, etc.

Ex Audientia SS. habita die 7 februarii 1886, SSmus Dominus Noster Leo Divina Providentia PP. XIII, referente me infra-scripto Archiepiscopo Tyren. S. Congregationis de Propaganda Fide Secretario, benigne declaravit facultatem imponendi cingulum et scapulare seraphicum, Presbyteris Piæ Societatis Lugdunensis concessam, esse intelligendam non quasi adscriptionem Tertio Ordini S. Francisci, sed uti adscriptionem confraternitati Chordigerorum.

Datum Romæ ex Aedibus dictæ S. Congregationis die et anno ut supra.

† D. ARCHIEP. TYREN, *Secretarius*.

Telle est donc l'interprétation authentique du pouvoir concédé par le Rescrit du 25 mai 1885. Dès lors, il est permis de penser que les mots *cingulum et scapulare Seraphicum*, au lieu de *cingulum Seraphicum*, auront été insérés dans la supplique adressée à la S. Congrégation, et que celle-ci les aura conservés par mégarde dans son Rescrit : car on sait que les Cordigères de saint François ne portent qu'un cordon et non un scapulaire. La réponse au Rme P. Ministre Général des Franciscains fait disparaître toute incertitude.

CONSULTATION IV.

1^o Les Tertiaires laïques doivent réciter douze *Pater, Ave*, etc. Cette obligation incombe-t-elle aux anciens Tertiaires qui récitaient une autre prière ?

2^o Un journal, à l'usage du clergé, s'appuyant sur un décret de la Congrégation des Rites, a publié un article dans lequel on déclare que toute messe de *Requiem* chantée est solennelle : par conséquent : a) il n'y a plus qu'une oraison ; b) il y a toujours *Dies iræ*. En est-il ainsi ?

RÉP. — Ad I^m. La Constitution *Supra montem* de Nicolas IV est abrogée en tout ce qu'elle a de contraire à la Constitution *Misericors Dei Filius*, et tous les Tertiaires laïques, quelque soit la date de leur profession, doivent suivre la règle donnée par Léon XIII. — *Laici, qui nec canonicas nec Mariales preces, vulgo Officium Parrum B. M. V., persolvunt, precationem Dominicam cum Salutatione Angelica et Gloria Patri adhibeant duodecies in dies singulos, excepto si per valetudinem non liceat.* —

Ad II^m. La *Revue* (1) a cité et commenté la décision du

(1) Tome xv, pag. 350 à 356.

13 juillet 1883, statuant qu'il faut dire une seule oraison aux messes de *Requiem*, dès qu'elles sont chantées. Cette décision a pour conséquence de rendre la prose *Dies iræ* obligatoire; car, d'après la Rubrique, cette prose est de rigueur, *quandocumque in missa dicitur una tantum oratio*.

ENCYCLIQUE AUX ÉVÊQUES DE HONGRIE.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII

EPISTOLA ENCYCLICA AD EPISCOPOS HUNGARIÆ.



*Venerabilibus Fratribus Primati, Archiepiscopis, Episcopis
aliisque locorum Ordinariis in Hungaria, gratiam et com-
munionem cum Apostolica Sede habentibus.*

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES,

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Quod multum diuque optabamus, ut Litteris Nostris opportune liceret affari Vos, quemadmodum Episcopos ex aliis gentibus nonnullis affati sumus, eo videlicet proposito ut Vobiscum consilia Nostra de rebus communicaremus, quæ ad prosperitatem christiani nominis salutemque Hungarorum pertinere viderentur, id Nobis est per hos ipsos dies optima opportunitate datum, cum liberatam duobus ante sæculis Budam memori lætitia Hungaria concelebret.

In domesticis Hungarorum laudibus hæc quidem futura est ad perennitatem insignis, majoribus vestris contigisse ut civitatem principem, quam sæculi unius dimidiatique spatio hostes insede-

rant, virtute et constantia recuperarent. Cujus divini beneficii ut et recordatio maneret et gratia, merito Innocentius XI P. M. decrevit, ut postridie calendas septembris, quo die tanta gesta res est, sacra solemnia in honorem sancti Stephani, primi ex regibus vestris apostolicis, toto orbe christiano agerentur. Jamvero satis est cognitum, suas Apostolicæ Sedi, nec sane postremas, fuisse partes in hoc, de quo loquimur, maximo faustissimoque eventu, qui velut sponte consecutus est ex nobilissima tribus ante annis de eodem hoste ad Vindobonam victoria : quæ sane magna ex parte apostolicis Innocentii curis jure tribuitur, et qua parta debilitari Maomethanorum opes in Europa cœptæ sunt.

Verumtamen et ante illam ætatem in similibus sæpe temporibus decessores Nostri augendas Hungariæ vires curaverunt consilio, auxiliis, pecunia, fœderibus. A Callisto III ad Innocentium XI plures numerantur Pontifices romani, quorum nomen honoris causa hoc in genere appellari oporteret. Unus sit instar omnium Clemens VIII, cui, cum Strigonium et Vincestgraz e Turcarum essent dominatu vindicata, summa regni consilia decrevere ut grates publice agerentur, quod derelictis ac prope desperatis rebus suis ille unus opportune et prolixè opitulatus esset.

Itaque sicut Apostolica Sedes Hungarorum generi nunquam defuit, quoties ipsis esset cum hostibus religionis morumque christianorum depugnandum, ita nunc, quando auspiciatissimæ memoriæ permovet animos recordatio, Vobiscum libens conjungitur justæ communionis lætitiæ : habitaque dissimilium temporum ratione, hoc volumus, hoc agimus unice, confirmare in professione catholica multitudinem, pariterque conferre, quoad possumus, operam ad communia pericula propulsanda : quo ipso assequemur, ut a Nobis salutis publicæ serviatur.

Ipsa testis est Hungaria, munus a Deo nullum posse vel hominibus singulis, vel civitatibus dari majus quam ut ejus beneficio et accipiant catholicam veritatem et acceptam cum perseverantia retineant. In ejusmodi munere per se maximo inest aliorum bonorum cumulata complexio, quorum ope non solum homines singuli sempiternam in cœlis felicitatem, sed civitates ipsæ magni-

tudinem veri nominis prosperitatemque adipisci queant. Quod cum princeps regum apostolicorum plane intellexisset, nihil a Deo consuevit vehementius contendere, nihil in omni vita aut laboriosius curavit aut constantius egit, quam ut fidem catholicam toti regno inferret, ac stabilibus fundamentis vel ab initio constitueret. Igitur maturime cœpit inter romanos Pontifices et reges populumque Hungariæ illa studiorum officiorumque vicissitudo, quam consequens ætas nulla sustulit. Statuit fundavitque Stephanus regnum : sed regium diadema non nisi a romano Pontifice accepit : consecratus auctoritate pontificia rex est, sed regnum suum Apostolicæ Sedi oblatum voluit : episcopales sedes non paucas munifice condidit, complura pie instituit, sed hisce meritis comitata vicissim est summa Apostolicæ Sedis benignitas, et indulgentia multis in rebus omnino singularis. A fide, a pietate sua hausit rex sanctissimus consilii lumen, optimasque gubernandæ reipublicæ normas : neque alia re nisi assiduitate precandi fortitudinem animi adeptus est eam, qua vel nefarias perduellium conjurationes opprimeret, vel oblatos, hostium impetus victor refutaret.

Ita, religione auspice, nata civitas vestra : eademque custode et duce, non ad maturitatem solum, sed ad firmitudinem imperii gloriamque nominis pleno gradu pervenistis. Fidem a rege ac parente suo, velut hereditate acceptam, sancte inviolateque Hungaria servavit, idque vel in summis temporum difficultatibus, cum populos finitimos a materno Ecclesiæ sinu perniciosus error abduxit. Pariter cum fide catholica obsequium et pietas erga Petri Sedem in rege Apostolico, in Episcopis, in populo universo constans permansit : vicissimque romanorum Pontificum propensam in Hungaros voluntatem paternamque benevolentiam videmus perpetuis testimoniis confirmatam. Hodieque, tot et sæculorum et casuum decurso spatio, manent, Dei beneficio, necessitudines pristinae ; et illæ majorum vestrorum virtutes haudquaquam extinctæ sunt in posteris. Illa certe laudabilia, in Episcopalibus officiis consumpti nec sine fructu labores : calamitatum quæsitæ solatia : tuendis Ecclesiæ juribus collatum stu-

dium : conservandæ fidei catholicæ constans et animosa voluntas.

Hæc quidem reputans, jucundo lætitiæ sensu movetur animus, Vobisque, Venerabiles Fratres, et populo Hungarico meritam recte factis laudem libentes persolvimus. Sed silere tamen non possumus, quod latet sane neminem, quam sint passim infensa virtuti tempora, quot oppugnetur Ecclesia artibus, quam in tot periculis metuendum, ne fides labefacta ibi etiam languescat, ubi maxime firma et altissimis est defixa radicibus. Satis est meminisse funestissimum illud malorum principium, *rationalismi* et *naturalismi* placita in omnes partes libere disseminata. Accedunt innumerabiles corruptelarum illecebræ : potestatis publicæ sæpe ab Ecclesia aut aversa voluntas aut aperta defectio ; sectarum clandestinarum pervicax audacia ; juventutis nullo ad Deum respectu instituendæ inita passim ratio.

Atqui si unquam alias, profecto hoc tempore videre omninoque sentire homines oporteret quanta sit religionis catholicæ ad tranquillitatem salutemque publicam non opportunitas solum, sed plane necessitas. Quotidianis enim experimentis constat, quo tandem respublicas impellere moliantur ii, qui nullius vereri auctoritatem, nec frenos cupiditatum suarum ullos perferre assueverunt. Scilicet quid spectent, quibus nitantur artibus, qua pertinacia contendant, nemini jam obscurum esse potest. Imperia maxima, respublicæ florentissimæ dimicare prope in singulas horas coguntur cum ejusmodi hominum gregibus, consiliorum societate et agendorum similitudine invicem conjunctis, unde periculum aliquod securitati publicæ semper impendet. Contra tantam rerum malarum audaciam saluberrimo consilio alicubi perfectum est, ut auctoritas magistratuum et vis armaretur legum ; veruntamen ad prohibendos *socialismi* terrores una est ratio optima maximeque efficax, qua sublata, parum ad deterrendum valet pœnarum metus, quæ in eo consistit ut ad religionem penitus informetur cives, verecundiaque et amore Ecclesiæ teneantur. Est enim religionis sanctissima custos, et innocentiam morum omniumque virtutum, quæ a religione sponte proficiscuntur, parens educatrixque Ecclesia. Quicumque religiose integre-

que præcepta sequuntur Evangelii, hoc ipso longe a *socialismi* suspicione abesse necesse est. Jubet enim religio, uti Deum colere ac metuere, ita subesse atque obtemperare potestati legitimæ; vetat quippiam seditiose facere : vult salvas suas cuique res, salva jura; qui majores opes habent, eos inopi multitudini benigne subvenire. Egenos prosequitur omni caritatis numero, calamitosos suavissima consolatione perfundit, spe proposita bonorum maximorum et immortalium, quæ tanto futura sunt ampliora quanto aut gravius homo laboraverit aut diutius.

Quamobrem qui civitatibus præsent, nihil sunt aut sapientius aut opportunius acturi, quam si religionem siverint, nulla re impediante, influere in animos multitudinis, eosque ad honestatem integritatemque morum præceptis suis revocare. Ecclesiæ diffidere, eamve suspectam habere, primum est aperte injustum, deinde, præter inimicos disciplinæ civilis cupidosque rerum everendarum, prodest nemini.

Ingentes motus civicos, turbasque formidolosas, quibus est alibi civitatum tremefacta quies, Hungaria quidem, Dei beneficio, non vidit. Sed instantia pericula Nos pariter ac Vos, Venerabiles Fratres, omnino jubent attendere animum ad cavendum, et majore in dies studio eniti, ut istic floreat vigeatque religionis nomen, suusque institutis christianis honos permaneat.

Hac de caussa illud in primis optandum, ut Ecclesia toto regno Hungarico plena atque integra libertate fruatur, quali fruebatur alias, nec nisi ad communem utilitatem uti consuevit. Nobis profecto maxime est in votis, ut ea e legibus tollantur, quæ cum juribus Ecclesiæ discrepant, et ejus facultatem agendi minuunt, et professioni catholici nominis officiant. Id ut impetretur, Nobis Vobisque, quoad per leges licet, constanter elaborandum, quemadmodum tot jam clari viri hoc eodem proposito elaboraverunt. Interea, quamdiu sunt illa, de quibus loquimur, legum jussa mansura, vestrum est conari ut saluti quam minime noceant, admonitis diligenter civibus, quæ sua sint in hoc genere officia singulorum. Aliquot indicabimus capita, quæ perniciosiora ceteris videntur esse.

Sic, veram amplecti religionem maximum officium est, quod nulla hominum ætate potest esse circumscriptum. *Nulla Dei regno infirma ætas*. Ut illud quisque novit, ita debet sine ulla cunctatione efficere : ex efficiendi autem voluntate jus unicuique sanctissimum gignitur, quod violari sine summa injuria non potest. Simili de caussa, eorum, qui curam gerant animarum, verissimum idemque permagnum officium est in Ecclesiam cooptare, quotquot matura ad judicandum ætate, ut cooptentur, petant. Quamobrem si animarum curatores alterutrum malle cogantur, necesse est eos humanarum legum severitatem potius subire, quam vindicis Dei iram lacescere.

Ad societatem conjugalem quod attinet, date operam, Venerabiles Fratres, ut alte descendat in animos doctrina catholica de sanctitate, unitate, perpetuitate matrimonii : ut sæpe in memoriam populi revocetur, conjugia christianorum soli potestati ecclesiasticæ, suapte natura, subesse : quid Ecclesia sentiat et doceat de eo, quod *matrimonium civile* vocant : qua mente, quo animo catholicos homines istiusmodi parere legi oporteat : non licere catholicis, idque maximis de caussis, nuptias cum christianis conjugere a professione catholica alienis ; quique id facere, non ex auctoritate indulgentiaque Ecclesiæ ausint, eos in Deum, in Ecclesiam ipsam peccare. Cumque hæc res tanti sit, quanti videtis esse, universi, ad quos ea cura spectat, quantum possunt, diligentissime provideant ut ab ejusmodi præceptis nemo ulla ratione discedat. Eo vel magis quod, si alia in re, certe in hac, de qua dicimus, obtemperatio Ecclesiæ cum salute reipublicæ necessariis quibusdam est nexa et jugata vinclis. Etenim principia, ac velut elementa optima vitæ civilis societas domestica nutricatur et continet : proptereaque hinc pendet magnam partem pacatus et prosperus civitatis status. Atqui talis domestica societas est, qualis exitu matrimoniorum efficitur : nec bene evenire matrimonia queunt, nisi Deo moderante et Ecclesia. His demotum conditionibus maritale conjugium, in servitutem redactum variarum libidinum, contra Dei voluntatem initum, itaque adjunctis despoliatum cælestibus iisque pernecessariis, sublata etiam com-

munione vitæ in eo, quod hominum interest maxime, id est in religione, fructus acerbissimos gignat necesse est, ad extremam familiarum civitatumque perniciem. Quamobrem bene, nec solum de religione, sed etiam de patria meruisse judicandi sunt catholici viri, qui abhinc duobus annis cum Cœtus legumlatorum Hungariæ rogarentur, vellent juberent rata esse christianorum cum hebræis matrimonia, eam rogationem concordibus animis et libera voce repudiarunt, et ut antiqua lex de conjugiiis probaretur, pervicerunt. Quorum suffragiis ex omnibus Hungariæ partibus comitata est assentiens voluntas plurimorum, idem se et sentire et probare luculentis testimoniis confirmantium. Similis consensus et par animi constantia adhibeatur, quotiescumque pro re catholica dimicatio sit : jam erit consecutura victoria : nimirum, experrectior et fructuosior futura vitæ actio, pulso languore excussa que desidia, qua christiani nominis inimici omnem catholicorum virtutem utique consopiri vellent.

Nec minor manabit in civitatem utilitas, si recte ac sapienter instituendæ juventuti vel a primis puerorum ætatulis consulatur. Is est temporum morumque cursus, ut nimis multi nimioque opere contendant vigilantia Ecclesiæ saluberrimaque religionis virtute prohibere deditam litteris adolescentiam. Adamantur atque expetuntur passim scholæ, quas appellant *neutras, mixtas, laicales*, eo nimirum consilio ut alumni in summa sanctissimarum rerum ignoratione nulla que religionis cura adolescant. Ejusmodi malum quia et latius et majus est, quam remedia, propagari sobolem videmus bonorum animi incuriosam, religionis expertem, persæpe impiam. Tantam calamitatem ab Hungaria vestra, Venerabiles Fratres, omni, quo potestis, studio et contentione defendite. Adolescentes vel a pueritia ad christianos mores christianamque sapientiam informari, non modo Ecclesiæ, sed etiam reipublicæ hodie tanti interest, ut pluris interesse non possit. Id jam plane intelligunt, quicumque recte sapiant : propterea que catholicos homines multis locis magno numero videmus de fingendis probe pueris vehementer sollicitos, in eaque re præcipuam et constantem operam, nec sumptuum nec laborum magnitudine

deterritos, collocare. Non absimili proposito multos quoque ex Hungaria novimus idem eniti et efficere : nihilominus sinite, Venerabiles Fratres, ut episcopale studium vestrum magis magisque incitemus.

Nos profecto, rei gravitate perspecta, cupere et velle debemus, ut in publica adolescentium institutione integrum Ecclesiæ sit eas explere partes, quæ sibi sunt divinitus datæ : nec facere possumus quin Vos flagitemus, ut operam vestram huc studiose conferatis. Interea pergite etiam atque etiam patresfamilias monere, ne a liberis suis eos celebrari patiantur discendi ludos, unde fidei christianæ jactura metuatur : simulque efficite, ut scholæ suppetant sanitate institutionis et magistrorum probitate commendabiles, quæ auctoritate vestra et cleri vigilantia gubernentur. Quod non solum de scholis primordiorum, sed etiam de litterarum majorumque disciplinarum intelligi volumus. Pia veterum liberalitate, maximeque Regum et Episcoporum vestrorum magnificentia, domicilia scientiis litterarum tradendis plura et nobilia constituta sunt. Floret apud vos memoria et prædicatione gratæ posteritatis Cardinalis Pazmany, Archiepiscopus Strigoniensis, qui magnum Lyceum catholicum Budapesthinum et condidit et censu amplissimo ditavit. Jamvero pulchrum est recordari, tantæ molis opus effectum ab eo *pura et sincera intentione religionis catholice promovendæ* ; idemque a rege Ferdinando II confirmatum, *ut religionis catholice veritas, ubi rigebat, inconcussa persisteret, ubi labefactata fuerat, repararetur, cultus divinus ubique propagaretur*. Perspectum Nobis est, quam strenue constanterque curavistis ut istæ studiorum optimorum sedes, nihil mutata natura pristina, tales esse perseverent, quales ipsarum auctores esse voluerunt, hoc est *instituta catholica*, quorum res familiaris, administratio, magisterium in potestate Ecclesiæ et Episcoporum permanerent. Quam ad rem Vos magnopere hortamur nullam prætermittere opportunitatem, omniaque periclitari, ut honestum ac nobile propositum omni ex parte consequamini. Consecuturi autem estis, spectata Regis Apostolici eximia pietate, prudentiaque virorum qui reipublicæ præsent : neque enim veri-

simile est passuros, ut, quod dissentientibus a catholico nomine communitatibus concessum est, id Ecclesiæ catholicæ denegetur.

Quod si ratio temporum postulabit, ut in hoc genere aut quædam instituantur nova, aut instituta augeantur, minime dubitamus quin patrum exempla renovare, religionemque imitari velitis. Immo allatum Nobis est, cogitationem jam Vobis esse susceptam de opportuna palæstra formandis magistris optimis. Saluberrimum consilium, si quod aliud, dignum sapientia et virtute vestra : quot ut celeriter, Deo adjuvante, perficiatis, Nos profecto et cupimus et hortamur.

Verum ad salutem publicam si tantopere pertinet institutio adolescentium in universum, multo pertinet magis eorum qui sacris initiari volunt. Ad hoc quidem debetis, Venerabiles Fratres, nominatim attendere, in hoc maximam partem vigiliarum laborumque vestrorum consumere : sunt enim adolescentes clerici spes et velut inchoata forma sacerdotum : in sacerdotibus vero quantopere nitatur decus Ecclesiæ, et ipsa populorum æterna salus, Vos plane cognoscitis. Omnino in instituendis clericis sunt duæ res necessariae, doctrina ad cultum mentis, virtus ad perfectionem animi. Ad eas humanitatis artes, quibus adolescens ætas informari solet, adjungendæ disciplinæ sacræ et canonicæ, cauto ut earum doctrina rerum sana sit, usquequaque incorrupta, cum Ecclesiæ documentis penitus consentiens, hisque maxime temporibus, vi et ubertate præstans, *ut potens sit exhortari... et eos, qui contradicunt, arguere.*

Vitæ sanctitas, qua dempta, inflat scientia, non ædificat, complectitur non solum probos honestosque mores, sed eum quoque virtutum sacerdotalium chorum, unde illa existit, quæ efficit sacerdotes bonos, similitudo Jesu Christi, summi et æterni Sacerdotis. Huc sane spectant sacra seminaria : Vosque, Venerabiles Fratres, non pauca habetis, tum pueris ad clericatum præparandis, tum clericis instituendis præclare fundata. In iis maxime evigilent curæ et cogitationes vestræ : efficite, ut litteris disciplinisque tradendis lecti viri præficientur, in quibus doctrinæ sanitas cum innocentia morum conjuncta sit, ut in re tanti mo-

menti eis confidere jure optimo possitis. Rectores disciplinæ, magistros pietatis eligite prudentia, consilio, rerum usu præ ceteris commendatos ; communisque vitæ ratio, auctoritate vestra, sic temperetur, ut non modo nihil unquam alumni offendant pietati contrarium, sed abundant adjumentis omnibus, quibus alitur pietas : aptisque exercitationibus incitentur ad sacerdotium virtutum quotidianos progressus. Ex industria diligentiaque in instituendis sacerdotibus posita fructus percipietis summopere optabiles, munusque vestrum episcopale multo sentietis esse ad gerendum facilius, ad utilitatem uberius.

Sed ultra tendant paternæ curæ vestræ necesse est, scilicet ut presbyteros in ipsa munerum sacrorum perfunctione comitentur. Sollerter et suaviter, uti vestram decet caritatem, videte, ne profanos spiritus unquam sumant, ne utilitatum suarum cupiditate, vel negotiorum sæcularium cura ducantur : immo virtute et recte factis in exemplum excellent, de studio precandi nihil unquam remittendo, ad mysteria sanctissima caste adeundo. His erecti ac roborati præsiidiis, quotidianos sacrorum munerum labores ultro deposcent, studioseque, ut par est, in excolendis populorum animis versabuntur, maxime ministerio verbi et sacramentorum usu.

Eorum vero redintegrandis animi viribus, quas continenter vigere infirmitas humana non patitur, nihil propemodum videtur aptius, quam quod est alibi in more positum, idque magno cum fructu, ut secedant identidem ad stas animi meditationes, Deo sibi que unice per id tempus vacaturi. Vobis autem, Venerabiles Fratres, in obeundis pro potestate diœcesibus, sponte et percommoda sese dabit occasio cognoscendi ingenium et mores singulorum, pariterque videndi in re præsentis, qua potissimum ratione aut prohibere, aut sanare, si qua insederint, mala necesse sit. Atque ob eam causam, ne vis ecclesiasticæ disciplinæ frangatur, adhibenda, ubi opus esse videbitur, ad sacrorum canonum normas justa severitas : omnesque intelligant, cum sacerdotia, tum varios dignitatum gradus non esse nisi utilium curarum præmium oportere, propterea que iis reservari, qui Ecclesiæ servierint, qui

in curanda animorum salute desudaverint, qui vitæ integritate doctrinaque præstare judicentur.

His ornato virtutibus clero, non exiguam partem consultum erit et populo : qui, ut est amans Ecclesiæ et religionis avitæ perstudiosus, facile ac libenter sacrorum administris se dabit excolendum.

Sed tamen nulla Vobis prætermittenda earum rerum est, quæ ad integritatem doctrinæ catholicæ in multitudine conservandam, disciplinamque evangelicam factis, vita, moribus retinendam valere videantur. Date operam ut frequenter sacræ expeditiones in culturam animorum suscipiantur : eisque præfice viros probatæ virtutis, Jesu Christi spiritu animatos, caritate proximorum incensos.

Opinionum vel cavendis vel evellendis erroribus, late in vulgus disseminentur salubriter scripta, quæ cum rerum veritate congruant et ad virtutem conducant. Hoc quidem tam laudabili frugiferoque proposito aliquot jam societates scimus coaluisse, nec frustra opera consumere. Eas igitur et augeri numero et majore in dies fructuum copia florere valde cupimus.

Illud etiam volumus, excitari a Vobis universos, sed maxime qui doctrina, qui censu, qui dignitate, qui potentia ceteris antecellunt, ut in omni vita, tam privatim quam publice, impensius curent religionis nomen, Ecclesiæ causam, ductu auspicioque vestro, fortius agant, et quæcumque rei catholicæ provehendæ instituta sunt vel instituentur, adjuvare, amplificare ne recusent.

Similiter resistere necesse est fallacibus quibusdam opinionibus, ad tuendum suum cujusque decus præpostere excogitatis, quæ fidei morumque christianorum præceptis prorsus repugnant, et multis perniciose flagitioseque factis aditum patefaciunt.

Demum necessaria contentio est assidua et vehemens adversus non honestas consociationes : quarum est antevertenda contagio rationibus omnibus, iis nominatim quas litteræ Nostræ Encyclicæ alias indicavere. De qua re tanto a Vobis majorem curam adhiberi volumus, quanto plus istic numero, opibus, potestate valent ejus generis societates.

Hæc habuimus, Venerabiles Fratres, quæ Vobis, urgente proposito caritate, præscriberemus : quæ toti Hungarorum genti prompta ad parendum voluntate acceptum iri confidimus.

Ut patres vestri de hoste teterrimo magnifice ad Budam triumpharent, non bellica tantum fortitudine perfectum est, sed virtute religionis : quæ quidem Vobis, quemadmodum vim magnamque imperii auctoritatem initio peperit, ita domi prosperitatem, foris gloriam in posterum pollicetur. Ista quidem vel ornamenta vel commoda evenire Vobis cupimus, idemque precamur, opitulante magna Virgine Matre Dei, cui regnum Hungaricum consecratum est, a qua nomen etiam invenit : eademque de causa opem suppliciter imploramus sancti Stephani, qui rempublicam vestram, omni a se beneficiorum genere ornatam et auctam, volens propitius, uti certa spes est, respiciet e cælis, firmissimoque patrocinio tuebitur.

Hac igitur spe freti, Vobis singulis, Venerabiles Fratres, et clero populoque vestro universo, auspicem cælestium munerum et paternæ benevolentiae Nostræ testem, Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum, die xxii augusti, anno MCCCCLXXXVI, Pontificatus Nostri nono.

LEO PP. XIII.



BREF APOSTOLIQUE
CONCERNANT LA COMPAGNIE DE JÉSUS.

LEO PP. XIII.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Dolemus inter alia, quibus cor nostrum in tanta rerum perturbatione angitur, injurias et damna illata religiosis Regularium Ordinum familiis, quæ a sanctissimis institutæ viris, magno usui et ornamento tum Catholicæ Ecclesiæ, tum civili etiam societati commodo et utilitati sunt, quæque omni tempore de religione ac bonis artibus deque animarum salute optime meruerunt. Propterea Nobis est gratum, oblata occasione, laudem quæ iisdem religiosis familiis jure meritoque debetur, tribuere, et benevolentiam qua eas, uti et Prædecessores Nostri, complectimur, publice et palam testari.

Jamvero, quum noverimus pluribus abhinc annis novam inchoatam esse editionem operis, cui titulus « Institutum Societatis Jesu, » eamque a dilecto filio Antonio-Maria Anderledy, Vicario Generali ejusdem Societatis Jesu assiduo studio absolvendam curari, ejusdemque operis adhuc desiderari librum, in quo Apostolicæ litteræ præfatæ Societati, ejusque institutori S. Ignatio de Loyola aliisque Præpositis Generalibus datæ habentur, hanc arripiendam censuimus occasionem exhibendi Nostræ erga Societatem Jesu, egregie de re catholica et civili meritam, voluntatis testimonium. Quare inceptam operis prædicti editionem in decus utilitatemque ejusdem Societatis cessuram probamus, laudamus, eamque continuari et ad finem perducere cupimus. Utque vel magis Nostra in Societatem Jesu voluntas perspecta sit, omnes et singulas litteras Apostolicas, quæ respiciunt ere-

ctionem et confirmationem Societatis Jesu, per Prædecessores Nostros Romanos Pontifices a felicis recordationis Paulo III ad hæc usque tempora datas, tam sub plumbo quam in forma Brevis confectas, et in iis contenta atque inde sequuta quæcumque, necnon omnia et singula vel directe vel per communicationem cum aliis Ordinibus Regularibus eidem Societati impertita, quæ tamen dictæ Societati non adversentur, neque a Tridentina Synodo aut ab aliis Apostolicæ Sedis Constitutionibus in parte vel in toto abrogata sint et revocata, privilegia, immunitates, exemptiones, indulta hisce litteris confirmamus et Apostolicæ auctoritatis robore munimus, iterumque concedimus.

Idcirco decernimus has litteras Nostras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere et iis ad quos spectat et spectare poterit plenissime suffragari. Non obstantibus Apostolicis litteris Clementis PP. XIV, incipientibus, « Dominus ac Redemptor » in forma Brevis die 21 Junii anno 1773 expeditis, aliisque quibuscumque, licet speciali et individua mentione ac derogatione dignis, in contrarium facientibus : quibus omnibus ac singulis ad præmissorum effectum tantum specialiter et expresse derogamus.

Sint hæ litteræ Nostræ testes amoris, quo jugiter prosecuti sumus et prosequimur inelytam Societatem Jesu, Prædecessoribus Nostris ac Nobis ipsis devotissimam, fecundam tum sanctimoniam tum sapientiæ laude præstantium virorum nutricem, solidæ sanæque altricem doctrinæ; quæ graves licet propter justitiam persecutiones perpessa, numquam in excolenda vinea Domini alacri invictoque animo adlaborare desistit. Pergat igitur bene merita Societas Jesu, ab ipso Concilio Tridentino commendata et a Prædecessoribus Nostris præconio laudum cumulata, pergat, in tanta hominum perversitate contra Jesu Christi Ecclesiam, suum persequi institutum ad majorem Dei gloriam sempiternamque animarum salutem; pergat suo ministerio in sacris expeditionibus infideles et hæreticos ad veritatis lucem traducere et revocare, juventutem christianis virtutibus bonisque artibus imbuere, philosophicas et theologicas disciplinas ad mentem

Angelici Doctoris tradere. Interea dilectissimam Nobis Societatem Jesu peramanter complectentes, Societatis ejusdem Præposito Generali et ejus Vicario singulisque alumnis Apostolicam impertimus Benedictionem.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die XIII Julii MDCCCLXXXVI, Pontificatus Nostri anno nono.

M. CARD. LEDOCHOWSKI.



PRIÈRES APRÈS LA MESSE.

Le Souverain Pontife a modifié le texte des prières prescrites après la messe basse, par décret du 6 janvier 1884 (1). Il a fait communiquer à tous les Ordinaires le texte suivant :

PRECES

JUSSU PAPÆ LEONIS XIII

IN OMNIBUS ORBIS ECCLESIIIS

POST PRIVATÆ MISSÆ CELEBRATIONEM

FLEXIS GENIBUS RECITANDÆ.

Sacerdos ter dicat cum populo : Ave, Maria; deinde : Salve, Regina, cum ✕ : Ora pro nobis, etc. et R̄ : Ut digni, etc.

OREMUS.

Deus, refugium nostrum et virtus, populum ad te clamantem propitius respice; et intercedente gloriosa et immaculata Virgine Dei Genitrice Maria, cum beato Josepho ejus Sponso ac beatis Apostolis tuis Petro et Paulo et omnibus Sanctis, quas pro conversione peccatorum, pro libertate et exaltatione Sanctæ Matris Ecclesiæ, preces effundimus, misericors et benignus exaudi. Per Christum Dominum Nostrum. Amen.

Addatur invocatio : Sancte Michael Archangele, defende nos in prælio; contra nequitiam et insidias diaboli esto præsidium. Imperet illi Deus, supplices deprecamur : tuque, Princeps militiæ cœlestis, Satanam aliosque Spiritus malignos, qui ad perditionem animarum pervagantur in mundo, divina virtute in infernum detrude. Amen.

SSmus Dominus Noster Leo PP. XIII omnibus preces, ut supra, recitantibus tercentum dierum indulgentiam largitur.

(1) Voir *Nouv. Revue Théol.*, t. xvi, p. 5.

S. CAMILLE DE LELLIS ET S. JEAN DE DIEU

PATRONS DES HÔPITAUX ET DES MALADES.

DECRETUM.

URBIS ET ORBIS.

Inter omnigenas virtutes, quibus Catholica præfulget Ecclesia, charitas eminet ceu nota conspicua, qua divinus ipsius Conditor voluit discipulos suos ab omnibus apprime dignoscendos. Hinc vix Ecclesia signum extulit ubique terrarum, illico factum est, ut quibuscumque humani generis ærumnis levamen inveniretur, atque iis potissimum cura intenderetur, qui vel infirma gravarentur valetudine, vel morbo tandem devicti mortalis vitæ cursum essent expleturi. Hujus porro nobilissimæ virtutis præclarum præbuerunt exemplum inclyti Confessores Sanctus Camillus de Lellis, et Sanctus Joannes de Deo; qui pari charitatis ardore succensi animam suam pro ægrotantium salute ponere non dubitarunt: quippe alter animas in extremo agone luctantium, ægris simul corporibus præstito solamine, sacri ministerii ope roboraret; alter vero medelam atque omne subsidium ægrotorum corporibus afferendo, animarum saluti facilius auxiliaretur. Nec satis: sed viri tantæ misericordiæ geminam Congregationem, seu novas in Ecclesia Christi familias instituerunt, in quibus sui spiritus zelus indeficiens arderet, atque ejusmodi charitatis in ægros exinde saluberrimi fructus jugiter promanarent.

Quum vero infaustis hisce temporibus iniqui homines mundanæ gloriæ cupidi, ad religionis perniciem congregati, prodigia christianæ charitatis civiliter, ut aiunt, æmulaturi, grassante Asiatica lue, manus hac illac admovere aggressi sint, specie tenus quidem ad patientium juvamen, sæpe tamen ut infirmi

spiritualibus orbarentur auxiliis; commune Christifidelium, ac præsertim sacrorum Antistitum desiderium exortum fuit præfatos Sanctos charitatis heroes tamquam Patronos omnium Hospitalium, et Infirmorum ubique degentium amodo percolendi, eosque in Litanis agonizantium invocandi.

Quamobrem quum Eminentissimus et Reverendissimus Dominus Cardinalis Miecislaus Ledochowski horum supplicia vota in Sacrorum Rituum Congregationis cœtu, ad Vaticanum subsignata die coadunato, retulerit; Eminentissimi et Reverendissimi Patres sacris tuendis Ritibus præpositi, omnibus maturo examine perpensis, audita sententia R. P. D. Augustini Caprara, sanctæ Fidei promotoris, sic rescribere rati sunt : *Pro gratia concessionis sanctorum Camilli de Lellis et Joannis de Deo in patronos pro omnibus Hospitalibus et Infirmis ubique degentibus : et insertionis in Litanis agonizantium nominum sancti Camilli et sancti Joannis de Deo, post nomen sancti Francisci.* Die 15 maii 1886.

Quibus per infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papæ XIII fideliter relatis, Sanctitas Sua Rescriptum Sacræ Congregationis in omnibus ratum habere, et confirmare dignata est, ita ut super his expediantur Litteræ Apostolicæ in forma Brevis. Die 27 iisdem mense et anno.

D. CARD. BARTOLINIUS, S. R. C. PRÆF.

LAURENTIUS SALVATI, S. R. C. Secretarius.

LITTERÆ APOSTOLICÆ IN FORMA BREVIS.

Ad perpetuam rei memoriam. Dives in misericordia Deus, divini Spiritus afflatu, sanctissimos suscitavit in Ecclesia sua viros, qui caritatis æstu flagrantes, posthabitis omnibus, nullisque periculis, neque vitæ ipsius discrimine deterriti, sibi quisque peculiarem deposceret provinciam, variis, diversisque humani generis necessitatibus et ærumnis opitulandi. In præclarissimo

horum virorum numero enitent confessores Christi Camillus de Lellis et Joannes de Deo, qui, pari in proximum caritate incensi, nullis curis laboribusque parcere, vitamque ipsam in discrimen dare pro ægrotantium valetudine æternaque eorum salute non dubitarunt; alter enim animas in extremo agone luctantium, ægris simul corporibus præstito levamento, sacri ministerii ope roborat, solatur; alter infirmis hospitium et medelas præbens æque sempiternam animarum curat salutem. Uterque adjunctis sibi Sociis, constitutisque legibus, dein ab Apostolica Sede probatis, religiosam familiam suæ caritatis hæredem instituit, quæ ad hæc usque tempora viget, et unaquæque Auctoris sui illustria et egregia referens exempla, omni tempore ac præsertim contagiis et pestilitate sævientibus, vitæ quoque sodalium sacrificio splendida edidit caritatis testimonia. Jam vero quum inimicus homo, ingeminatis viribus, Christi sponsam insectans, religiosas regularium ordinum familias, ejusdem ornamenta et præsidia labefactare et omnino evertere adnitatur, in Christifidelibus ac præcipue in sacrorum Antistitibus commune exarsit desiderium supplicandi, ut ambo Confessores prædicti omnium valetudinariorum, et ubique degentium infirmorum cœlestes Patroni Sanctæ Sedis Apostolicæ auctoritate declarentur et rennecientur, atque in agonizantium Litiis invocentur, ut eorum augeatur cultus et ægrotantium in eorundem patrociniis fiducia. Quæ vota quum ad Consilium Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. C. Cardinalium sacris ritibus tuendis et cognoscendis præpositorum in Nostris ædibus Vaticanis die indicta, ut moris est, relata fuerint, idemque Venerabilium Fratrum Consilium accurate perpensis omnibus, auditoque hac de re dilecto filio Præsule de Cœlestium honoribus quæsitore, rescripsit « Pro gratia concessionis sanctorum Camilli de Lellis et Joannis de Deo in patronos pro omnibus hospitalibus et pro infirmis ubique degentibus, et insertionis in Litiis agonizantium nominum Sanctorum prædictorum post nomen S. Francisci. » Quam Venerabilium Fratrum Nostrorum sententiam Nos ratam habemus et sancimus et Apostolica auctoritate Nostra Sanctos Camillum de Lellis et Joannem de Deo

cœlestes hospitalium omnium, et ubique degentium infirmorum Patronos constituimus et edicimus, itemque volumus, ut in agonizantium Litanis post S. Francisci nomen præfatorum Sanctorum nomina inserantur et invocentur. Proinde decernimus has litteras Nostras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere iisque ad quos spectat plenissime suffragari. Contrariis licet speciali atque individua mentione ac derogatione dignis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXII junii MDCCCLXXXVI, Pontificatus Nostri Anno Nonno.

Loc. † sig.

M. CARD. LEDOCHOWSKI.



S. C. DE PROPAGANDA FIDE.

INSTRUCTIO

AD

EPISCOPOS ET PRÆLATOS REGULARES CATHOLICARUM REGIONUM
 SUPRA SUSPENSIONIBUS
 QUÆ IRROGANTUR EX INFORMATA CONSCIENTIA.

Omni tempore sollicita fuit Ecclesia ut non solum ascensus ad sacros ordines interdiceretur indignis, verum etiam ab eorundem exercitio criminosi suspensi manerent.

Cum autem occultorum quoque criminum, quæque prodere non expediret, facilis et prompta, nempe a judiciariis formis libera, coercitio aliquando necessaria sit ad sacri ministerii dignitatem et fidelium utilitatem tuendam; hinc sapientissimo consilio Tridentini Patres, sessione XIV, capite primo, *de Reformatione*, decreverunt: *Ei, cui ascensus ad sacros ordines a suo Prælato ex quacumque causa, etiam ob occultum crimen, quomodolibet etiam extrajudicialiter fuerit interdictus, aut qui a suis ordinibus seu gradibus vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla contra ipsius Prælati voluntatem concessa licentia de se promoveri faciendo, aut ad priores ordines, gradus et dignitates sive honores restitutio suffragetur.*

Ex hoc provido decreto, in eo quod refertur ad crimina clericorum quæ extrajudicalem suspensionem ab ecclesiasticis officiis merentur, jamdudum in usu fuit suspensionis pœna ex causis Prælato notis; quæ nempe audit suspensio *ex informata conscientia*. Ad hoc itaque ut in eadem infligenda, cum majori, qua potest cautela et securitate Ordinarii catholicarum missionum

procedant, Sacra Congregatio de Propaganda Fide præsentem Instructionem edendam censuit, cui iidem Ordinarii in adhibendo hoc extraordinario remedio sese conformare curabunt.

1. Suspensio *ex informata conscientia*, non secus ac illa, quæ per judicialem sententiam infligitur, personam ecclesiasticam a suis ordinibus, seu gradibus, vel dignitatibus ecclesiasticis exercendis interdicat.

2. In hoc præcipue ipsa differt a judiciali suspensione, quod adhibetur tamquam extraordinarium remedium in pœnam admissi criminis; ideoque ad ejusdem impositionem non requiruntur nec formæ judiciales nec canonicæ admonitiones. Satis erit proinde, si Prælati hanc pœnam infligens, simplici utatur præcepto, quo declaret se suspensionem ab exercitio sacrorum officiorum vel ecclesiasticorum munium indicere.

3. Hujusmodi præceptum semper in scriptis intimandum est, die et mense designato; illudque ferri debet vel ab ipso Ordinario, vel ab alia persona de expresso ipsius mandato. In eadem tamen intimatione exprimendum est, quod ejusmodi punitio irrogatur in vim Tridentini decreti (Sess. XIV, cap. 1, *de Reform.*) ex informata conscientia, vel ex causis ipsi Ordinario notis.

4. Debent insuper exprimi partes exercitii ordinis vel officii, ad quas extenditur suspensio; quod si suspensus interdictus sit ab officio, cui alter in locum ipsius substituendus est, ut puta œconomus in cura animarum, tunc substitutus mercedem percipiet ex fructibus beneficii in ea portione, quæ juxta prudens Ordinarii arbitrium taxabitur. At si suspensus in hac taxatione se gravatum senserit, moderationem provocare poterit apud Curiam Archiepiscopalem, aut etiam apud Sedem Apostolicam.

5. Exprimi item debet tempus durationis ejusdem pœnæ. Abstineant tamen Ordinarii ab ipsa infligenda in perpetuum. Quod si ob graviores causas Ordinarius censuerit eam imponere non ad tempus determinatum, sed ad suum beneplacitum, tunc ipsa habetur pro temporanea, ideoque cessabit cum jurisdictione Ordinarii suspensionem infligentis.

6. Suspensioni ex informata conscientia justam ac legitimam causam præbet crimen, seu culpa a suspenso commissa. Hæc autem debet esse occulta, et ita gravis, ut talem promereatur punitionem.

7. Ad hoc autem ut sit occulta requiritur, ut neque in iudicium, neque in rumores vulgi deducta sit, neque insuper ejusmodi numero et qualitati personarum cognita sit, unde delictum censi debet notorium.

8. Verum tenet etiam suspensio si ex pluribus delictis aliquod fuerit notum in vulgus; aut si crimen, quod ante suspensionem fuerat occultum, deinceps post ipsam fuerit ab aliis evulgatum.

9. Prudenti arbitrio Prælatorum relinquitur suspensionis causam, seu ipsam culpam delinquenti aut patefacere, aut reticere. Partes alioquin pastoralis sollicitudinis et charitatis eorundem erunt, ut si istiusmodi pœnam suspenso manifestare censuerint, ipsa ex paternis, quas interponent, monitionibus, nedum ad expiationem culpæ, verum etiam ad emendationem delinquentis, et ad occasionem peccandi eliminandam inserviat.

10. Meminerint vero Præsules, quod si contra decretum, quo irrogata fuit suspensio, promoveatur recursus ad Apostolicam Sedem, tunc apud ipsam comprobari debet culpa, quæ eidem præbuit occasionem. Consultum idcirco erit, ut antequam hæc pœna infligatur, probationes illius quantumvis extrajudicialiter et secreto colligantur; ita ut eo ipso, quod cum omni certitudine culpabilitatis in punitione inferenda proceditur, si deinceps causa examinanda est apud Apostolicam Sedem, probationes criminis in eas difficultates haud impingant, quæ ut plurimum occurrunt in istiusmodi iudiciis.

11. A decreto suspensionis ex informata conscientia non datur appellatio ad tribunal superioris ordinis. Postquam idcirco clericus intimationem suspensionis habuerit, si nihilominus appellationem interponere, ejusque obtentu in altari ministrare, seu quovis modo suum ordinem solemniter exercere præsumat, statim incidit in irregularitatem.

12. Semper tamen patet aditus ad Apostolicam Sedem: et in

casu quo clericus absque sufficienti ac rationabili causa se hac pœna mulctatum reputet, recurrere poterit ad Summum Pontificem. Interim tamen in vigore permanet decretum suspensionis usque dum ab ipso Pontifice, vel a S. Congregatione, quæ de recursu judicare debet, non fuerit rescissum aut etiam moderatum.

13. Ceterum ex quo istiusmodi pœna est remedium omnino extraordinarium, quod præsertim ad expiationem criminum absque formis judiciariis adhibetur; præ oculis habeant Prælati id quod sapientissime admonet summus Pontifex s. m. Benedictus XIV, in suo tractatu *de Synodo Diœcesana*, libro XII, cap. 8, n. 6, quod nimirum reprehensibilis foret Episcopus, si in sua synodo declararet, se deinceps ex privata tantum scientia cum pœna suspensionis a divinis animadversurum in clericos quos graviter deliquisse compererit, quamvis eorum delictum non possit in foro externo concludenter probari, aut illud non expediat in aliorum notitiam deducere.

Romæ ex ædibus S. C. de Propaganda Fide, die 20 octobris 1884.



LES DÉCISIONS DU SAINT-SIÈGE ET LA LOI DU DIVORCE.

Lorsque la livraison du mois d'août de la *Revue des Institutions et du Droit* nous apporta le texte de la décision du 27 mai sur le divorce, l'impression du numéro de la *Revue* en cours de publication était très avancée; nous n'avons pas hésité à nous exposer à un retard de quelques jours dans l'expédition, pour insérer immédiatement le décret; mais nous ne pouvions faire davantage. Nous nous sommes donc borné à rappeler à nos lecteurs que des articles précédents de la *Revue* contenaient certaines solutions en opposition avec ce décret, et à les prier d'en tenir compte. Nous croyons bon de revenir aujourd'hui sur la question, non point pour présenter une dissertation complète, mais pour réunir diverses réponses du Saint-Siège, et en préciser autant qu'il nous sera possible, le sens et la portée.

La *Nouvelle Revue Théologique* a réprouvé le divorce, comme tout catholique doit le faire; c'est en examinant la situation difficile faite aux juges, aux avocats, aux maires, par la loi du divorce, qu'elle a donné certaines solutions pratiques sur lesquelles nous devons revenir aujourd'hui. Elle n'a pas été la seule à enseigner que, le divorce civil n'étant, en lui-même et abstraction faite de ses mauvais effets, que la dissolution du pseudo-mariage civil, la sentence qui le prononce ne saurait être considérée comme un acte intrinsèquement mauvais. En conséquence, elle pensait que le juge, le maire peuvent licitement prononcer cette sen-

tence aux deux conditions toujours requises lorsqu'il s'agit de poser un acte à double effet, dont l'un est bon ou au moins indifférent, et l'autre mauvais, à savoir : 1° Que l'agent réprouve le mauvais effet et ne se propose que le bon; 2° Qu'il ait, pour agir, un motif grave, urgent, capable de compenser le mauvais effet résultant de son action.

La *Revue*, disons-nous, n'a pas été seule à exprimer ce sentiment. Des théologiens et des canonistes estimés partageaient cette manière de voir et croient pouvoir la conserver encore; ils estiment qu'il y a eu un malentendu, et que ni l'Instruction de 25 juin 1885, ni l'interprétation authentique que la S. Congrégation en a donnée le 27 mai dernier, ne les force à changer d'avis; ils annoncent que de nouvelles questions ont été posées, avec la clarté et la précision qu'ils ne reconnaissent pas aux questions résolues le 27 mai, et ils sont persuadés que la réponse future dissipera le malentendu et confirmera leur sentiment (1).

Certes, nous nous rencontrons avec ces auteurs dans une même pensée, qui, dès l'an dernier, a été parfaitement bien exprimée par l'un d'entre eux : « Il n'y a, pour les théologiens et les canonistes, qu'une seule voie absolument sûre, celle de la docilité parfaite aux enseignements du Saint-Siège. Le principe d'autorité nous tient beaucoup plus efficacement dans la vérité, que nos petites lumières personnelles (2). » Aussi, nous insérerons avec empressement la décision annoncée, et nous nous réjouirons du nouveau jour qu'elle pourra jeter sur une question très épineuse. Mais nous voulons, dès maintenant, exprimer notre conviction, et, croyant fermement trouver dans les décisions

(1) Voir *Le Canoniste Contemporain*, numéro d'août 1886, pag. 300; et dans *Le Monde*, n° du 22 août, un article ayant pour titre *L'Église et le divorce*, et signé : UN DOCTEUR EN THÉOLOGIE.

(2) *Le Canoniste Contemporain*, oct. 1885, pag. 393.

déjà rendues la prohibition, au moins pour la France, de l'opinion émise dans la *Revue*, nous pensons qu'il est de notre devoir de le dire sans ambages. Ajoutons même que l'Instruction du 25 juin 1885 avait pleinement suffi pour mettre un terme à nos hésitations personnelles, et que, depuis le moment où nous l'avons connue, notre conviction n'a plus changé; la décision du 27 mai n'en a été que la confirmation.

Avant de commencer à étudier les différentes décisions du Saint-Siège, nous voudrions dire un mot d'un argument de fait, qui pouvait très bien être allégué avant l'Instruction de 1885, et qui, maintenant, nous semble-t-il, n'a plus autant de valeur. On s'appuyait sur la pratique suivie dans les pays où le divorce civil est depuis longtemps établi, notamment en Belgique et en Amérique. Tant que nous n'avions pas les réponses de Rome, cet argument pouvait faire une certaine impression : aujourd'hui, Rome a parlé, et a tracé la ligne de conduite à suivre en France (1); il faut s'y soumettre.

En outre, il ne faudrait pas croire que les Évêques et les théologiens des pays dans lesquels on a voulu introduire le divorce, aient immédiatement incliné vers l'opinion bénigne. Voici un décret qui prouve le contraire. En 1868, se réunissait le 4^e Concile provincial de Québec, alors que le pouvoir civil voulait établir au Canada la loi du divorce. Le Concile

(1) Nous n'allons pas plus loin, et on en verra les raisons développées dans l'article de M. Waffelaert, que nous publions à la suite de celui-ci. En fait, nous reconnaissons que la situation n'est pas la même en Belgique et en Amérique : la loi du divorce y est introduite depuis longtemps, et on veut l'introduire en France. M. Waffelaert voit en cette circonstance une raison qui peut déterminer le Saint-Siège à prendre, pour la France, des mesures qu'il n'a pas l'intention d'étendre aux autres pays. Nous n'avons pas à nous prononcer sur ce point. Nous nous bornons à étudier l'Instruction qui nous a été donnée par le Saint-Siège, dont le sens, croyons-nous, ne peut plus en être douteux.

commence par déplorer une loi qui renverse l'institution de Dieu, usurpe les droits de l'Église, et qui sera la cause des plus grands maux pour la société civile; puis il ajoute :

Nos vero, quos Deus speculatores posuit in hac parte Ecclesiae suae, diocesanos nostros semper meminisse volumus *nullum posse*, salva conscientia, 1° Pro tali lege suffragium ferre; 2° In tali curia divortii *actoris partes agere, vel iudicis, vel notarii seu cancellarii*, formaliter vel alio quocumque modo concurrere; non tamen intendimus damnare eos qui coacti testimonium ferrent de ipso facto adulterii (1).

C'est la doctrine sévère, dont on s'étonne tant aujourd'hui; elle est promulguée en plein Concile provincial et si l'on veut bien se rappeler qu'alors la province de Québec comprenait les trois provinces actuelles de Québec, de Toronto et de Saint-Boniface, c'est-à-dire le Canada presque entier, on conclura avec nous que cette doctrine n'a pas dû disparaître si facilement. En outre, nos lecteurs savent qu'un Concile provincial est toujours révisé à Rome; il serait bien étrange que Rome n'eût point modifié un décret si grave, à supposer qu'il ne fût pas conforme à la doctrine de l'Église.

Arrivons maintenant à ce que nous avons promis, c'est-à-dire aux décisions du Saint-Siège sur la matière. Un mot seulement des décisions antérieures à notre siècle; nous parlerons plus longuement des réponses survenues dans le cours de celui-ci, et nous terminerons par l'Instruction du 25 juin 1885 et le décret explicatif du 27 mai 1886.

DÉCISIONS ANTÉRIEURES AU XIX^e SIÈCLE.

C'est à peine si nous avons à en parler. Ce n'est pas que le Saint-Siège n'ait eu des luttes très redoutables à soutenir

(1) *Collectio Lacensis*, III, col. 718.

contre les puissances protestantes, contre le Joséphisme, etc. A cette époque, on mettait déjà en avant la théorie des effets civils tombant sous le pouvoir des princes : pendant que le prince légiférait sur les empêchements dirimants du mariage, admettant quelques-uns des empêchements établis par l'Église, repoussant les autres, en établissant de nouveaux, il protestait toujours qu'il se proposait uniquement d'atteindre les effets civils ; pendant qu'il érigeait des tribunaux pour juger de la validité des mariages des hérétiques entre eux ou des mariages mixtes, il était rare qu'il entendit astreindre les ministres du culte catholique à reconnaître la validité des sentences de divorce et à prêter leur ministère aux unions adultérines des conjoints divorcés ; il répétait encore que les prêtres catholiques étaient libres de refuser leur ministère, s'ils y voyaient une obligation de conscience, mais que l'État, de son côté, restait dans son domaine en proclamant le divorce quant aux effets civils, et en reconnaissant la validité civile des nouvelles unions. On voit que, si ce n'étaient pas les termes dont on se sert aujourd'hui, le fond des arguments sur lesquels s'appuyaient les prétentions du pouvoir civil était le même : il se croyait le droit, ou du moins il le prenait, d'enlever au mariage la reconnaissance de l'autorité civile et sa protection légale.

Ce qui est très remarquable, c'est que les Souverains Pontifes négligeaient cet argument. L'acte de la puissance séculière s'attaquait à l'indissolubilité du mariage ; ils répondaient que le sacrement et le contrat de mariage sont indivisibles ; que le contrat, élevé par Notre-Seigneur à la dignité de sacrement, est devenu chose sacrée, et, comme tel, entièrement soustrait au pouvoir des princes ; que le juge laïque est absolument incompétent quand il s'agit de prononcer sur la validité d'un mariage. Après avoir montré

que le mariage est indissoluble de droit naturel et de droit divin positif, ils prenaient une à une les différentes causes admises par le pouvoir comme suffisantes pour prononcer le divorce, ils établissaient par les textes du Concile de Trente, de l'Écriture, des Pères, que ces causes étaient absolument sans valeur, et contraires au droit divin et ecclésiastique.

Nous ne faisons point de citations; elles nous entraîneraient trop loin (1); nous nous bornons à constater ce fait. Quoique l'autorité civile prétendit toujours ne point toucher au sacrement de mariage, ni aux effets religieux, les Souverains Pontifes, soit en condamnant le principe de la loi ou le pouvoir de prononcer le divorce que s'arrogeait la dite loi, soit en répondant dans les cas particuliers sur lesquels ils étaient consultés, n'entraient point dans cette distinction; ils persistaient à voir en cela un empiètement de la puissance séculière sur les choses sacrées, une cause matrimoniale soustraite à ses juges légitimes, un attentat contre le *vinculum matrimonii* qui doit rester indissoluble et que l'on a voulu dissoudre, en un mot, une violation flagrante du droit divin et ecclésiastique.

Cette remarque a son importance, comme on le verra plus loin. Mais nous convenons sans peine que l'on chercherait en vain, dans les documents de cette époque, la question posée comme elle est aujourd'hui. On a bien, de temps en temps, demandé au Souverain Pontife si une personne dont le divorce avait été prononcé par la puissance séculière, pouvait être admise aux sacrements, ou encore si le curé pouvait en conscience prêter son ministère à une seconde

(1) On trouve un grand nombre de textes très formels dans les deux ouvrages de Roskovany : *Matrimonium in Ecclesia Catholica, et De matrimoniis mixtis*.

union; le Pape, après avoir rappelé les principes exposés ci-dessus, concluait négativement, du moins tant que l'autorité ecclésiastique compétente n'aurait pas repris l'affaire à nouveau, et reconnu la nullité du premier mariage. Mais nous ne trouvons pas qu'on ait demandé si le juge laïque, investi par le prince du pouvoir de prononcer le divorce, pouvait, sans blesser sa conscience, rendre sa sentence conformément à la loi civile. Il y a une explication de ce fait; c'est que les lois civiles autorisant le divorce concernaient le plus souvent les mariages des hérétiques entre eux ou les mariages mixtes, et confiaient aux consistoires, par conséquent à des juges protestants, le soin de le prononcer conformément à la doctrine de leur secte; les juges catholiques n'intervenaient donc point en certains pays, et fort peu en d'autres. Ajoutons qu'en ces temps-là, le pouvoir judiciaire et coercitif de l'Église était universellement reconnu et les tribunaux ecclésiastiques existaient dans les pays catholiques. Or, quand les Papes prononçaient que le juge laïque était essentiellement incompétent dans les causes matrimoniales; quand ils rappelaient l'anathème lancé par le Concile de Trente contre ceux qui nient cette vérité; quand ils déclaraient, comme l'a fait Pie VI, que le Canon de Trente frappe, et ceux qui enseignent la proposition condamnée, et ceux qui *confirment cette erreur par les faits* (1); nous croyons

(1) « Audisti jam Canonem Tridentini Concilii, quo illi omnes anathemati subjiciuntur, qui causas matrimoniales negant pertinere ad Ecclesiam, et ad ecclesiasticos Judices : quo quidem canone certum est non eos modo comprehendendi qui docent esse summarum potestatum hujus sæculi leges de nuptiis dicere, sed eos quoque qui *factis hoc ipsum confirmant*, quique auctoritatem nanciscuntur a laica potestate et qui causas nullitatis matrimonii tanquam regii delegati definiunt. Concilio autem Tridentino prævit Honorius III, in cap. *Noveritis*, 49, *de Sententia excommunicationis*; ibi enim huic eidem pœnæ eos damnat qui amplexi fuerint statuta edita a laica potestate contra jura et libertatem Ecclesiæ, et qui secundum ea præsumserint judicare. »

qu'en ces temps et dans des pays catholiques, la conscience du juge laïque était suffisamment éclairée.

En résumé, les Souverains Pontifes, pendant le XVIII^e siècle, ne se sont pas, que nous sachions, prononcés explicitement sur les doutes qui leur ont été soumis à notre époque; mais ils ont eu bien des fois à apprécier les sentences de divorce que portaient les tribunaux civils, et ils les ont condamnées pour un double motif : 1^o Elles émanent de juges incompétents; 2^o Elles sont contraires au droit divin et au droit ecclésiastique, parce que les motifs sur lesquels le divorce est prononcé, sont le plus souvent inadmissibles et réprouvés par les lois de Dieu et de l'Église. Nous trouvons cette double appréciation très nettement formulée par Pie VII au commencement de notre siècle.

Sententiam laicorum tribunalium et acatholicorum conventuum, a quibus præsertim matrimoniorum nullitas declaratur eorumque vinculi attentatur dissolutio, nullum robur vimque prorsus nullam penes Ecclesiam consequi posse. Nam præterquam quod ad Ecclesiasticos Judices privative spectat de hujusmodi causis judicium ferre, prout est a Tridentina Synodo speciali canone sancitum, neminem latet heterodoxorum consistoria in præfatis causis expendendis et dijudicandis eas ut plurimum

(Pie VI, Litt. ad Ep. Motulensem, 16 sept. 1788). Ce Prélat avait jugé en seconde instance, par délégation royale, mais en observant les formes de la Const. *Dei miseratione*, une cause de nullité de mariage *ob impotentiam*, et confirmé la nullité, déjà régulièrement prononcée en première instance par l'Ordinaire compétent. Pie VI le lui reproche amèrement, prononce la nullité de la sentence à cause de l'incompétence du pouvoir civil, et lui expose les conséquences de son injuste sentence : les époux mis dans l'erreur, exposés à convoler à une seconde union qui serait un véritable adultère, coupables de polygamie et susceptibles d'être punis comme tels, les enfants de leur seconde union déclarés illégitimes; et il ajoute : « *Quæ quidem, si quemlibet virum catholicum dedecuisse, quid dicendum erit de Episcopo, etc.?* » Il énumère ensuite les peines que l'Évêque a encourues, et c'est à cette partie de la Lettre Pontificale que nous empruntons le passage ci-dessus.

causas pro vinculi conjugalis solutione prætexere, quæ ab Ecclesia Catholica nunquam acceptæ, imo a sacrosanctis Ecclesiæ Conciliis atque a Tridentino præsertim expresse improbatæ sunt. Ex quo sane consequitur, sententias hujusmodi tum semper tanquam irritas ob jurisdictionis defectum in iudicibus, tum sæpe etiam injustas ob damnata momenta rationum quibus innituntur, contemni ac rejici omnino debere (1).

DÉCISIONS RENDUES PENDANT LE XIX^e SIÈCLE.

I. — Pendant le XIX^e siècle, nous avons à citer une première décision qui ne surprendra personne ; elle concerne la dissolution d'un mariage purement civil. Le Saint-Siège prononce qu'il est permis d'en demander la dissolution, que l'autorité ecclésiastique peut, sous certaines conditions, conseiller cette démarche ; nous ajouterons, nous, pour rentrer dans notre sujet, qu'il est permis au juge laïque de prononcer le divorce purement civil. Cette solution n'est contestée par personne ; il est bon cependant de citer la décision du Saint-Siège, et de la réunir aux autres. Les auteurs qui ont parlé du divorce, Haine, Mgr Kenrich, etc., la mentionnent comme nous.

Cette décision est du 9 septembre 1824, et a été adressée à l'Évêque de la Nouvelle-Orléans. Les mariages civils et les mariages *coram acatholico ministro* créent de grandes difficultés en ces pays d'Amérique, notamment quand un seul des conjoints se convertit ; et l'Évêque avait pensé que le meilleur moyen d'y remédier était d'obtenir pour son diocèse une dispense de l'empêchement de clandestinité. Le Saint-Siège repoussa sa demande ; mais il se décida à accorder une sanation *in radice* de tous les mariages clandestins

(1) Pie VII ad Ep. Moguntinum, *Etsi Fraternitatis Tue*, 8 oct. 1803 (De Roskovany, *Matrim. in Eccl. Cath.*, 1, p. 454).

contractés dans le passé. En outre, pour pourvoir à l'avenir, il étendit au diocèse de la Nouvelle-Orléans la Déclaration de Benoît XIV concernant les mariages des hérétiques et les mariages mixtes en Hollande ; quant aux mariages civils des catholiques, il répondit de la manière suivante :

Postulabat denique idem Episcopus edoceri se, et Missionarios, quomodo, posita hujusmodi matrimoniorum invaliditate, se gerere debeant *erga eos qui, post civile matrimonium jam consummatum, adhuc vivente consorte, novum cum alio conjugium coram Nobis (inquit) inire poscerent.* En autem rationes, quæ eum ancipitem tenent : *Si id fiat (prosequitur) sine civili repudio, sacerdos se gravissimæ pœnæ subjicit. Si requirat prævium repudium, dato quod obtineri possit, morem illum antichristianum auctoritate sua, aut potius Ecclesiæ sanctione consecrat. Verum aliunde quo jure potest huic se petitioni negare, si revera prius matrimonium nullum sit? Tunc enim ambæ partes vere solutæ sunt, et, utpote catholicæ, jus habent ad sacramenti receptionem.*

Ad hæc breviter respondetur. Si de matrimoniis Catholicorum hactenus contractis fit sermo, jam provisum per eorum sanationem, nec conjuges amplius resilire possunt, nec proinde ad novas cum aliis nuptias transire. Si vero sermo est de contrahendis : Confidit equidem Sanctitas Sua, futurum, ut in posterum Fideles, ab Episcopo et Missionariis edocti, juxta ea quæ tradit Bened. XIV in suis litteris *Redditæ sunt nobis, ad P. Paulum Simonem a S. Joseph datis 27 septembris 1746, Nullum scilicet a se contrahi matrimonium per eum quem coram Magistratu civilem actum emittunt, ideoque conjugalem, quam interim inter se haberent, consuetudinem gravi culpa non carituram,* ea qua debent docilitate obtemperaturi sint Ecclesiæ legibus ac Pastorum exhortationibus. Verum si tamen casus contingeret conjugalis consuetudinis, post memoratum actum civilem, ante Matrimonii coram sacerdote celebrationem, sciat Episcopus non in sola ejus Diœcesi id evenire, sed ubicumque viget lex contractus

civilis; quia nullibi desunt, qui vel ignorantia vel pravitare ea lege abutantur. In eodem ergo discrimine ac ipse, versari possunt et aliarum regionum Pastores.

Primo itaque curent Episcopus et Missionarii utramque partem inducere ad Catholice inter se contrahendum. Si vero utraque pars in hoc convenit, ut suam quæque sibi vindicet libertatem, vel etiam si una tantum id exposceret, renuente altera, indicenda est eis separatio, et neutra admitti debet ad sacramenta, nisi separatione peracta, ut præscribitur de publicis concubinariis. Poscenti autem novum cum alio inire matrimonium suggerere, quod et sibi prius consulat, et ipsi Parocho, agendo scilicet ut et sibi civilis reddatur libertas, et Parocho nihil sit inde mali obventurum; non id esset civilis repudii morem approbare, dummodo rite instruat postulant, id non ideo fieri, ut solvatur matrimoniale vinculum, quia nullo jam vinculo detinetur, sed tantum ut se ac Parochum a legalibus pœnis civilibusque vexationibus redimat. Eodem sensu ac modo, quo toleratur primus actus civilis, expressio nempe consensus coram civili Magistratu, tolerari potest et secundus, ut nimirum se partes eximant ab effectibus primi. Hisce vero penes Gubernium peragendis non se immiscere debent Missionarii. Qui nubere exposcit, ipse negotium suum agat.

Cæterum, quod idem Bened. XIV in laudatis litteris docendos monet Fideles, sibi opportune aptent et Pastores, scilicet: *Si regionis consuetudini et terreni Principis sanctionibus obtemperare coguntur, faciant quidem, sed Religione salva, potioresque ducant sanctissimas Ecclesiæ leges, quibus matrimonia constringuntur.*

NICOLAUS SOLDINI, S. Rom. et Un. Inq. Not.

Il suffit de citer cette décision. Nous ne pensons pas même qu'il y ait lieu pour nous d'insister sur le principe auquel recourt la S. Congrégation pour motiver sa réponse : les parties peuvent donc : - Actoris partes agere, ut et sibi

civilis reddatur libertas, et Parocho nihil mali ex matrimonio futuro obveniat; *id enim non ideo fit, ut solvatur matrimoniale vinculum, quia nullo jam vinculo detinentur.* — Signalons seulement dans ces expressions ce que nous avons déjà constaté dans les documents du siècle dernier, c'est-à-dire, la volonté persévérante de ne point accepter la distinction entre le droit, revendiqué par la puissance civile, de dépouiller de sa protection légale le véritable lien matrimonial, et la dissolution de ce lien lui-même. *Id non ideo fit, ut solvatur matrimoniale vinculum, quia partes nullo vinculo detinentur* : cette phrase donne à entendre que, si le lien matrimonial existait, il ne serait plus permis *actoris partes agere, quia jam partes vere vinculo detinentur.* Mais ce n'est là qu'un argument *a contrario* ; nous n'insistons pas.

II. — Nous avons eu, dans le cours de ce siècle, trois décisions importantes, celles des 22 mai, et 19 décembre 1860, et du 3 avril 1877. Elles ont été sollicitées par les Évêques de Southwark et de Saint-Gall; la décision de 1877 les rappelant toutes trois, nous pouvons nous contenter de citer *in extenso* cette dernière. Nous l'empruntons à la troisième édition que Mgr Feije vient de donner de son excellent ouvrage *De impedimentis et dispensationibus matrimonialibus*. Il fait remarquer avec raison que plusieurs mots ont été omis dans le texte de la réponse du Saint-Office; mais le R. P. Baudier s'est procuré à l'évêché de Saint-Gall une copie authentique, et nous avons pu rétablir le texte véritable.

3. De iudicibus catholicis, qui in laico tribunali causas matrimoniales tractare debent.

Lex Confœderationis Helveticæ de statu et matrimonio civili lata sancivit : causas matrimoniales omnes et singulas, suppressa

ex nunc et deinceps ecclesiastica jurisdictione, in tribunalibus laicorum ad normam tractandas esse, quæ in causis civilibus statuitur, sententiasque in iis proferendas esse secundam præscriptiones juris communis et novissimæ latæ legis, qua matrimonia etiam catholicorum sub certis rationibus valde levibus perpetuo dirimi atque quoad vinculum dissolvi possunt, ita ut ejusmodi conjuges litigantes, post latam judicium sæcularium sententiam divortii, ad alia matrimonia contrahenda, si voluerint, possint transire. Quæritur igitur :

Dubium quintum : Utrum iudices catholici et advocati in ejusmodi tribunalibus laicis causas matrimoniales tuta conscientia suscipere ac defendere, sive cognoscere et judicare possint ?

Dubium sextum : Utrum iidem iudices catholici et advocati, secundum recentem Helvetiæ legem, matrimonii vinculum *ut dissolvendum proponere seu ut dissolutum declarare tuta conscientia possint*, necnon declarare ejusmodi conjuges ad aliud matrimonium contrahendum posse transire, sicut lex civilis hoc in casu judicare et declarare iudices expresse jubet et urget ?

In dissèrenda hacce quæstione obliviscendum non est quod tribunalia sæcularia, quorum est judicare de causis civilibus, *eadem* sunt quibus nova lege incumbit causas matrimoniales cognoscere et judicare. Quodsi ergo iudicibus catholicis vetitum fuerit ejusmodi tribunalibus interesse, in magnum damnum civium ea tribunalia iis iudicibus privari experiemur, qui timore Dei repleti pie et juste judicant.

Die 3 apr. 1877. S. Officium decrevit : *Ad quintum et sextum*. Quoad iudices, recurrat in casibus particularibus. Quoad advocatos, dentur responsa jam data Episcopo Suthwariensi, nempe : Feria III loco IV die 22 maii 1860, ad dubium : Utrum advocatus catholicus possit defendere causas partis conventæ contra actorem vinculi solutionem exquirentem ? Responsum fuit : Dummodo Episcopo constet de probitate advocati, et dummodo advocatus nihil agat, quod a principiis juris naturalis et ecclesiastici deflectat, posse tolerari. — Et ad aliud dubium : Utrum liceat advocati et actoris partes agere, quando finis litis est

simplex separatio absque ulla sententia matrimonii nullitatem secum ipsa trahente? Responsum fuit : Provisum in præcedentibus, et feria IV, 19 decembris ejusdem anni : Dummodo pars catholica nullum aliud tribunal adire possit, a quo sententiam obtineat separationis quoad thorum et mensam, et dummodo sententia hujus tribunalis nullum alium habeat effectum quam separationem prædictam, posse tolerari ut catholici in eo foro actoris et advocati partes agant, et dummodo adsint justæ separationis causæ judicio Episcopi ; et si quid habeat præterea dubii, recurrat exponens omnes circumstantias et legis dispositiones.

Cette réponse est très importante pour nous. Qu'on remarque toutes les précautions dont s'entoure la S. Congrégation, et qu'on nous dise si elles ne font pas présager les rigueurs de l'Instruction de 1885.

En ce qui concerne la *séparation de corps*, elle subordonne la tolérance qu'elle accorde à deux conditions très significatives : 1° *Pourvu qu'il n'y ait pas d'autre tribunal que le tribunal laïque* ; si les parties avaient à leur disposition un tribunal ecclésiastique dont les sentences eussent force de loi, celui-ci serait seul compétent, et la S. Congrégation le maintiendrait. — 2° *Pourvu que la séparation soit motivée par des causes trouvées justes par l'Évêque* ; la S. Congrégation veut donc que l'Évêque intervienne pour juger de la valeur des motifs du demandeur. Nous ne pouvons nous empêcher de rappeler les principes si souvent mis en avant par le Saint-Siège au siècle précédent, et les deux causes de blâme dont sont frappées les sentences des juges civils. Ces juges sont incompetents, disait Pie VII ; et, de plus, ils fondent trop souvent leurs sentences sur des motifs que le droit civil autorise, mais que l'Église n'accepte point. Ici, le Saint-Siège est amené par la nécessité, par l'absence d'un tribunal ecclésiastique dont les sentences aient force de loi, à *tolérer* l'ingérence du juge laïque : mais il veut que

l'Évêque approuve les motifs de séparation, c'est-à-dire, sans doute, que ces motifs soient de ceux que l'Église accepte, et qu'ils soient entendus comme elle les entend ; car, sans ces deux conditions, l'Évêque ne saurait les approuver. Vraiment, nous croyons être déjà arrivés à l'Instruction de 1885, et lire cette phrase : *Dummodo ita comparati sint, etc., ut nunquam ad sententiam prorocent juri ecclesiastico repugnantem.*

Mais ne quittons pas si tôt la réponse qui concerne la séparation de corps ; il est une clause que nous ne pouvons oublier. *Dummodo sententia hujus tribunalis nullum alium habeat effectum quam separationem predictam ;* la S. Congrégation ne veut pas qu'on étende plus loin la tolérance qu'elle accorde. On peut dire, ce semble, qu'elle n'avait pas à le craindre ; la tolérance est accordée dans les limites qu'exprime la question, et la question ne concerne que la séparation de corps : *Simplex separatio absque ulla sententia matrimonii nullitatem secum ipsa trahente.*

Malgré tout, la S. Congrégation insiste, elle ne veut pas que la sentence puisse avoir un effet quelconque, autre que la séparation. Encore une fois, prévoyons les rigueurs de 1885, et comprenons bien que la S. Congrégation ne permettra pas si facilement *actoris et advocati partes agere*, quand il s'agira d'une sentence *ayant un effet quelconque autre que la séparation*, c'est-à-dire quand cette sentence s'attaquera au lien matrimonial et aux effets qui en découlent nécessairement.

Même remarque à faire sur la réponse du 22 mai 1860. Cette fois, il ne s'agit pas d'être *actor*, mais simplement de plaider *contre le divorce* : *Defendere causas partis contentæ contra actorem solutionem vinculi exquirentem.* Il semble donc que l'affirmative ne peut-être douteuse ; cependant, la S. Congrégation y met encore une condition :

Dummodo advocatus nihil agat, quod a principiis juris naturalis et ecclesiastici deflectat. Ne cherchons pas à interpréter pour le moment cette condition ; elle est insérée, cela nous suffit, et nous y reviendrons plus loin. Rappelons seulement en passant ces demandes *reconventionnelles*, que les avocats introduisent parfois pour sauvegarder les intérêts de leurs clients, et qui peuvent être, en effet, opposées aux principes du droit naturel ou du droit ecclésiastique.

Faut-il appeler aussi l'attention sur la supplique ? Le grand argument qu'on invoque actuellement en faveur de l'opinion bénigne, c'est que la sévérité crée une situation très difficile aux magistrats, aux maires consciencieux et chrétiens, et que nous les verrons bientôt disparaître. C'était prévu aussi en 1877, et l'Évêque de Saint-Gall ne manque pas d'exposer cette considération en termes fort nets. La réponse du Saint Office n'en est pas modifiée. Concluons que le Saint-Siège n'agit pas à la légère, et qu'il ne s'est pas laissé entraîner en 1885, sans avoir prévu et pesé les conséquences de sa décision.

Mais, dira-t-on, pourquoi le Saint-Office, en 1877, n'a-t-il point voulu donner de réponse sur les juges ? pourquoi a-t-il exigé un recours dans les cas particuliers ? Il ne nous appartient pas de le dire ; mais cette réserve ne change rien aux décisions qui précèdent et aux réflexions qu'elles nous ont suggérées. Peut-être le Saint-Office a-t-il considéré que la situation du juge est tout autre que celle de l'avocat : ce dernier peut refuser une cause, le juge doit siéger. Par contre, l'avocat peut se borner à plaider contre le divorce, et quand il le demanderait, ce n'est pas lui qui prononce la sentence, c'est le juge. Peut-être aussi la S. Congrégation a-t-elle pensé que la Suisse est un pays peu étendu, que les juges y sont peu nombreux, que les recours particuliers ne seront pas fréquents ; ou encore a-t-elle jugé imprudent

de donner immédiatement une décision générale. Ce n'est pas à nous de sonder ou d'apprécier ses motifs.

En fait, des recours particuliers ont-ils eu lieu? S'est-il trouvé des juges à solliciter du Saint-Siège une règle de conduite qui mette leur conscience en sécurité? Nous ne le pouvons savoir, et nous serions heureux qu'on nous communiquât les réponses obtenues dans ces cas particuliers.

INSTRUCTION DU 25 JUIN 1885.

Nos lecteurs savent que la S. Congrégation avait défendu de publier cette Instruction, et nous entendions bien, en commençant ce travail, rester scrupuleusement fidèle à cette injonction. Nous voulions donc nous appuyer seulement sur les passages que le Décret du 27 mai a fait connaître, et nous nous serions interdit de faire même allusion à tous les autres. Mais l'Instruction de 1885 est maintenant devenue du domaine public : le *Journal du Droit Canon et de la Jurisprudence Canonique*, dans son numéro du mois d'août, en a donné le texte entier, moins la dernière ligne, et cette dernière ligne elle-même est imprimée en plusieurs documents que nous avons sous les yeux. Les prescriptions de la S. Congrégation ne peuvent donc plus soustraire à la publicité cette pièce importante, et son intention ne saurait être de nous défendre de profiter d'un texte désormais connu pour mieux faire comprendre sa pensée.

Voici le texte de l'Instruction :

SANCTÆ ROM. ET UNIV. INQUISITIONIS EPISTOLA

AD OMNES IN GALLICA DITIONE ORDINARIOS.

Post nuper restitutas penes Gallos an. 1884 divortii leges, plura a nonnullis Episcopis Galliarum dubia huic S. R. et U.

Inquisitioni proposita sunt, utrum nempe fas esset iudicibus laicis in causis de separatione conjugum sive circa vinculum sive circa habitationem tantum jus dicere ; utrum advocatis et procuratoribus hujusmodi causas agere penes iudices laicos ; utrum his, ad quos de jure pertinet, defensores officiosos, quos vocant, deputare, utrum denique syndicis (vulgo *maires*) divortium pronunciare.

Eminentissimi PP. una mecum Inquisitores generales, re mature perpensa, in feria V loco IV die 25 junii 1885 ita decernendum esse consuerunt :

Attentis gravissimis rerum, temporum ac locorum adjunctis tolerari posse, ut qui magistratus obtinent et advocati causas matrimoniales in Gallia agant, quin officio cedere teneantur, dummodo catholicam doctrinam de matrimonio deque causis matrimonialibus ad solos iudices ecclesiasticos pertinentibus palam profiteantur, et dummodo ita animo comparati sint tum circa valorem et nullitatem conjugii tum circa separationem corporum, de quibus causis iudicare coguntur, ut nunquam proferant sententiam neque ad proferendam defendant vel ad eam provocent vel excitent divino aut ecclesiastico juri repugnantem, et in casibus dubiis vel difficilioribus suum quisque Ordinarium adeat, ejus iudicio se dirigat, et quatenus opus sit per ejus medium ad Apostolicam Pœnitentiarium recurrat.

Hoc decretum Sanctissimus Pater ratum habuit : ideoque omnibus in Gallia Archiepiscopis et Episcopis notum fit pro eorum norma per has litteras ceteroquin non evulgandas.

R. CARD. MONACO.

Avant tout, remarquons que l'Instruction ne s'adresse qu'à la France ; la tolérance accordée vise les magistrats et les avocats *de France*, et l'Instruction est communiquée aux Évêques *de France*, *pro eorum norma*. On ne pourrait donc se prévaloir de cette Instruction dans un autre pays pour user de la tolérance qu'elle accorde : doit-on

regarder ce qu'elle défend comme défendu partout? C'est une question qu'actuellement nous ne voulons pas aborder.

L'Instruction, après avoir rappelé les demandes des Évêques, contient une concession générale, subordonnée à deux conditions très formellement exprimées.

La *concession* faite par le Saint-Siège est exprimée par les termes suivants : *Attentis gravissimis rerum, temporum ac locorum adjunctis, tolerari posse ut qui magistratus oblinent et advocati causas matrimoniales in Gallia agant, quin officio cedere teneantur.*

2° La S. Congrégation s'est aussi reportée à l'esprit et à la *signification* de cette cérémonie. Cette bénédiction se rattache au mystère de la Résurrection, qui est le triomphe de Notre-Seigneur sur les démons, et elle a pour but d'en appliquer les fruits. Les auteurs, suivant en cela Quarti, le reconnaissent : - *Renovari solet quotannis haec domorum benedictio in Sabbato Sancto, ut... maligni spiritus... virtute benedictionis et Resurrectionis Christi expellantur, sicuti ab eodem Christo Domino triumphante in sua Resurrectione, Princeps hujus mundi, scilicet Diabolus, ejectus est foras (1)...* - L'oraison de la bénédiction le dit très clairement : - *...Ut, sicut domos Hebraeorum in exitu de Ægypto, agni sanguine linitas (quod Pascha nostrum, in quo immolatus est Christus, figurabat), ab Angelo percussante custodisti; ita mittere digneris sanctum Angelum tuum de caelis, qui custodiat, etc.* -

Restent à expliquer les décisions de la S. Congrégation du Concile auxquelles s'en réfère Cavalieri; elles ne sont point contraires à la réponse des Rites, et c'est à tort que l'on y voudrait voir l'autorisation de faire la bénédiction des maisons avant le Samedi-Saint. Cavalieri cite trois de ces décisions :

1. *Non possunt Regulares in Sabbato Sancto benedicere domos laicorum (23 nov. 1619).*

(1) Tetamo, *loc. cit.*, n. 375; Baruffaldi, *loc. cit.*, n. 15 et 16.

2. Nequeunt Regulares benedicere domos diœcesis in hebdomada sancta (2 jul. 1620).

3. Non licet Parochis benedicere in hebdomada majori seu in Octava Paschatis Resurrectionis, cum stola, vel sine, domos alteri Parochiæ subjectas, invito Parocho (S. C. C., IN MACERATEN, 17 jun. 1719 (1)).

Il faut remarquer, en premier lieu, que les décisions ci-dessus ont pour but d'affirmer le droit du curé; c'est la question pour laquelle la S. Congrégation du Concile est compétente; c'est la seule qui lui a été soumise, et la seule qu'elle ait entendu définir. Les mots *in Hebdomada majori* ne viennent ici qu'incidemment; la S. Congrégation ne s'y est pas arrêtée, et en réalité, si on avait voulu faire trancher la question du temps à partir duquel la bénédiction des maisons peut commencer, il eût fallu s'adresser à la S. Congrégation des Rites. En second lieu, Cavalieri lui-même nous fournit une observation très juste : les mots *in Hebdomada majori* ne sont pas en opposition avec ceux-ci *in Sabbato Sancto*, puisque le Samedi-Saint est un jour de la Semaine Sainte; et la difficulté disparaît, - *hebdomadam sanctam* si pro Sabbato Sancto accipias, tanquam totum pro parte fuerit positum (2). -

Quatrième doute. — Sur le quatrième doute, la S. Congrégation réproouve la pratique proposée, et renvoie simplement au célèbre Décret de 1703. Voici ce Décret :

(1) Nous n'avons pu vérifier que cette décision seule, les deux précédentes étant antérieures au *Thesaurus Resolutionum S. C. C.* Cavalieri a seulement transformé en une proposition affirmative la question faite à la S. Congrégation et la réponse de celle-ci : *An liceat Præposito S. Georgii Terræ Urbisaliæ, irrequisito et invito Plebano Ecclesiæ S. Laurentii, benedicere in Hebdomada majori seu in octava Paschatis Resurrectionis, cum stola vel sine, domos eidem Plebanicæ subjectas, in casu, etc.?* R. *Negative.* — Ce changement est sans importance.

(2) *Loco citato.*

20. An ad Parochum spectet facere officium funebre super cadaveribus sepeliendis in sæpeditis Ecclesiis et Oratoriis publicis Confraternitatum?

R. — Ad 20. *Affirmative, quando tumulandus est subjectus Parocho intra cujus fines est Ecclesia vel Oratorium.*

IV.

CAMERACEN.

Rmus Dnus Franciscus Eduardus Hasley Archiepiscopus Cameracen. a S. Rituum Congregatione insequentium Dubiorum resolutionem humillime expostulavit, videlicet :

DUBIUM I. Moniales a S. Clara seu Collettinæ e Belgico regno in Cameracen. Archidiocesim usum hunc invexerunt : intra parietem qui medius est intra chorum sororum et Sanctuarium, cellula est præparata, in qua SS. Eucharistia in ostensorio requiescit. Sacerdote absente, sorores januam cellulæ in choro suo aspicientem aperiunt. Adhuc tamen clausum remanet SSmum Sacramentum solito vitro. Sic piæ sorores statutis horis contemplatione Sanctissimæ Hostiæ fruuntur. Quæritur an talis consuetudo tolerari possit?

DUBIUM II. Prædictæ sorores et quædam aliæ, superiorum ecclesiasticorum auctoritate fultæ, *omnes quotidie* sacra Synaxi reficiuntur, licet, juxta regulas et decisiones quamplurium Theologorum, pro aliquibus tantum et in quibusdam circumstantiis talis et tanta gratia reservari debeat. Quum vero multo dolore prælaudatæ piæ sorores afficerentur, si tanto solatio privandæ forent, quæritur quid in casu agendum?

Et Sacra eadem Congregatio, in peculiari Cœtu infrascripta die coadunata, ad relationem infrascripti Secretarii, re mature perpensa, ita propositis Dubiis rescribere rata est, videlicet :

Ad I. *Piam consuetudinem tolerari posse.*

Ad II. *Consuetudinem laudandam esse ac promovendum*

usum frequenter suscipiendi Sanctissimam Eucharistiam, juxta Concilii Tridentini, sess. XXIII, cap. 8, dispositionem.

Atque ita rescripsit die 2 decembris 1885.

D. CARD. BARTOLINIUS, PRÆFECTUS.

LAURENTIUS SALVATI, *Secretarius.*

I. — Nos lecteurs connaissent la distinction des liturgistes entre les expositions *publiques* et les expositions privées du très saint Sacrement : - Duplex est expositio SSmi Sacramenti, *dit De Herdt* (1); *publica*, in qua SS. Sacramentum *in ostensorio* exponitur *detectum*, et *privata*, in qua exponitur *relatum*. - Les auteurs sont d'accord pour dire qu'une cause privée suffit pour cette dernière (2), et que le consentement de l'Ordinaire n'est pas requis. Mais il faut que les deux conditions suivantes soient strictement observées : - *Dummodo Sanctissimum Sacramentum e tabernaculo non extrahatur, et sit relatum ita ut ipsa Sacra Hostia videri non possit.* - Ainsi l'a décidé, d'après Benoît XIV (3), la S. Congrégation du Concile, IN NEAPOLITANA, le 17 août 1630, et un grand nombre de Décrets ont confirmé les mêmes règles.

Benoît XIV et le Commentaire sur l'Instruction Clémentine rappellent, en outre, le Décret suivant de la S. Congrégation des Évêques et Réguliers : - *Si quandocumque Sacra Eucharistia exponenda videbitur, e Tabernaculo nunquam extrahatur, sed in Pyxide velata in aperto ejusdem Tabernaculi ostiolo cum assistentia alicujus Sacerdotis stola et superpelliceo induti et cum sex saltem luminibus*

(1) *Sacr. Lit. Prax.* t. II, n. 21.

(2) « Ut alicujus infirmitas, aut alia privata familiæ necessitas, desiderium alicujus viri religiosi, etc. » (*De Herdt, ibid.*, n. 23).

(3) *Inst.* xxx, num. 10-12.

ereis collocetur; quod idem in Ecclesiis sæcularium servari mandamus (1). —

Dans la réponse au premier doute ci-dessus exposé, la S. Congrégation des Rites permet que l'exposition sur laquelle on la consulte, ait lieu *absente sacerdote* : c'est là le point, nous semble-t-il, qui fait l'objet principal du doute. Disons cependant que les deux Décrets ne sont pas en opposition complète : d'après le Décret de 1602, le prêtre en surplis et en étole intervient pour *placer* le saint Ciboire près de la porte du Tabernacle ; d'après le Décret actuel, on se borne à ouvrir une porte, et on n'a pas à toucher le Saint-Sacrement. En outre, constatons qu'il s'agit seulement de *tolérer* une coutume déjà en vigueur, et que tout se passe dans le chœur intérieur des religieuses : *Januam cellularum in choro suo aspicientem aperiant*.

II. — La S. Congrégation n'a pas fait une réponse adéquate au second doute.

Les théologiens auxquels fait allusion la consultation, sont, sans doute, ceux qui insistent sur le passage suivant du célèbre Décret d'Innocent XI, 12 février 1679 : — 6. *Item, Moniales quotidie sacram communionem petentes admittendæ erunt, ut in diebus ex earum Ordinis instituto præstitutis communicent. Si quæ vero puritate mentis eniteant, et fervore spiritus ita incaluerint, ut dignæ frequentiori, aut quotidiana SSmi Sacramenti perceptione videri possint, id illis a Superioribus permittatur (2)*. — Or, la consultation expose que *toutes* les religieuses communient *tous les jours*. La S. Congrégation se borne à rappeler le texte du Concile de Trente : *Optaret quidem S. Synodus, ut in singulis missis, etc.*, et à dire qu'il faut *louer* la coutume de la

(1) Benoît XIV, *Inst. eccl.* xxx, 21 ; Gard. *Instr. Clem.* xxxvi, 11.

(2) Voir le Décret entier dans les *Analecta Juris Pontificii*, série vi, col. 1507.

communion *fréquente*, et *y pousser* : *laudandam et promovendam*. C'est en dire assez pour que l'Ordinaire soit incliné à s'abstenir de rien faire contre la coutume établie ; il a, du reste, toujours le droit d'intervenir, s'il constatait des abus.

V.

PALENTINA.

Hodiernus Cæremoniarum Magister in Diœcesi Palentina, de consensu Rmi Ordinarii, S. Rit. Congni insequentia Dubia pro opportuna solutione humillime proposuit, nimirum :

DUBIUM I. Quum ex nonnullis SS. Romanarum Congregationum responsis aliqui putent Sacram Pyxidem, aperto Tabernaculi ostiolo, posse fidelium pietati exponi, minime vero inde extrahi ; alii vero educi posse opinentur, tantum ut cum ea populo benedicatur, quemadmodum fieri solet certis diebus in pluribus Ecclesiis Regularium ; quæritur, num hujusmodi consuetudo admitti possit ?

DUBIUM II. Et quatenus *negative* ; permitti potest, vi consuetudinis, illis Congregationibus seu Religiosis familiis quæ etiam alibi ita facere consueverunt ?

DUBIUM III. Concedine potest prudenti arbitrio Ordinarii etiam aliis Congregationibus id petentibus ?

DUBIUM IV. Ad mandatum exequendum SSmi Dni Nri Leonis Papæ XIII juxta Decretum Urbis et Orbis die 20 augusti vertentis anni, quoad Rosarium singulis octobris diebus cum Litanis in cunctis Ecclesiis parochialibus recitandum, et SSimum Sacramentum exponendum, quo deinde fideles lustrentur, sufficitne privata expositio, scilicet aperiendo ostium Tabernaculi ; et 2^o potestne in hoc casu extrahi Pixis quacum Populo benedicatur ?

DUBIUM V. Eodem Decreto præcipitur quod si mane Rosarium cum Litanis recitetur, Sacram inter preces peragatur : quæritur num hæc verba ita intelligi debeant, quod Rosarium uno eodem-

que tempore dicatur quo Missa celebratur; vel potius Missa antea celebranda sit, ac postea Rosarium cum Litaniiis recitetur, quemadmodum fieri solet in Palentina Diœcesi?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, exquisitoque voto in scriptis alterius ex Apostolicarum Cœremoniarum Magistris, ita propositis Dubiis rescribendum censuit, nimirum :

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Provisum in primo.*

Ad III. *Affirmative.*

Ad IV. *Consulendum SSmum.*

Ad V. *Affirmative ad 1 partem, negative ad secundam.*

Atque ita rescripsit ac declaravit die 16 januarii 1886.

Facta autem ab ipsomet Sacræ Congregationis Secretario, de contentis in IV Dubio, SSmo Dno Nro Leoni Papæ XIII relatione, Sanctitas Sua hæc indulgere dignata est : *Attentis specialibus circumstantiis Ecclesiarum pauperum, in quibus præscripta Expositio SSmi Sacramenti solemniter modo seu per Ostensorium fieri nequeat absque incommodo eadem per modum exceptionis peragi poterit, prudenti judicio Ordinarii, cum Sacra Pyxide, aperiendo scilicet ab initio ostiolum Ciborii et cum ea populum in fine benedicendo.*

I. — Les trois premiers doutes exposés ci-dessus nous ramènent à la question des expositions privées du très saint Sacrement. Nous avons dit tout à l'heure que le ciboire ne doit pas sortir du Tabernacle; *a fortiori*, est-il défendu de bénir le peuple. Il faut lire Benoît XIV (1) et le commentaire de Gardellini sur l'Instruction Clémentine sur ce sujet de la bénédiction avec le ciboire. Toutefois, Benoît XIV, ayant trouvé l'usage établi dans la ville de Bologne, n'avait pas osé le supprimer totalement, et avait permis : « Ut benedictio solum in illis Ecclesiis populo impertiatur, quæ veterem

(1) Bened. XIV, Ep. *Cum ut recte*, 27 jul. 1755, § 13; Inst. xxx.

hujus rei consuetudinem tenent, caveantque ut semel tantum eodem die id perficiant. - Gardellini reconnaît aux Evêques le droit d'accorder la même permission, et Carpo, s'appuyant sur Benoît XIV et sur Gardellini, s'exprime ainsi : - Plane vetitum e Tabernaculo sacram Pyxidem educere, atque cum illa populo benedicere (*S. R. C.*, 31 martii 1642 in Savonen). Quocirca ejusmodi mos generatim improbatur; ac si in aliqua Ecclesia adeo invaluerit, ut nulla pateat via illum obliterandi sine populi offensione et pietatis detrimento, unius erit Episcopi rem totam agnoscere, et, si opportunum censuerit, potestatem facere ut ibi *semel* tantum in dies singulos benedictio ita impertiatur (1). -

La S. Congrégation est plus large dans le Décret ci-dessus. Elle permet d'admettre la coutume dans les maisons d'un Ordre religieux dans lesquelles la coutume n'est pas encore en vigueur, si la coutume existe dans l'Ordre; elle permet même d'accorder l'autorisation aux autres Ordres existant dans le diocèse.

II. — La réponse au *quatrième doute* a motivé un recours au Saint-Père. En effet, quand le Souverain Pontife a ordonné la récitation du Rosaire pendant tout le mois d'octobre devant le Saint-Sacrement *exposé*, il s'agissait dans sa pensée d'une exposition solennelle et publique, et non de l'exposition privée. La S. Congrégation ne pouvait, de sa propre autorité, déclarer cette dernière suffisante. Elle a donc recouru au Souverain Pontife, qui a bien voulu concéder aux Ordinaires d'autoriser les *églises pauvres* à se contenter d'une exposition *privée*, après laquelle *la bénédiction sera donnée avec le saint Ciboire* (2). — Cette

(1) De Carpo, *Compend. Biblioth. Liturg.*, part. III, n. 208.

(2) Voir plus loin, page 534, le Décret général de la S. Congrégation des Rites rendu à ce sujet.

décision doit donc, en un sens, être jointe aux précédentes, pour montrer que la bénédiction avec le saint Ciboire est mieux acceptée qu'au temps de Benoît XIV.

III. — Le *cinquième doute* proposé à la S. Congrégation ne pouvait recevoir qu'une réponse conforme aux prescriptions du Décret de Léon XIII. Or, le Décret porte expressément : - Decernit itaque et mandat (*Sanctitas Sua*) ut... quinque saltem Mariani Rosarii decades cum Litaniiis Lauritanis quotidie recitentur; quod si mane fiat, missa *inter preces* celebretur... (1) - Il ne faut donc pas attendre la fin de la messe pour réciter le Rosaire.

VI.

NAMURCEN.

Rmus Dnus Eduardus Josephus Belin, hodiernus Episcopus Namurensis, a Sacra Rituum Congregatione, sequentium Dubiorum declarationem humiliter postulavit, videlicet :

Quum Sacra Rituum Congregatio, die 1 septembris 1865, decreverit : - In concurrentia, Festum Lanceæ et Clavorum aut Alterius cujuscumque Instrumenti Passionis Domini Nostri Jesu Christi præcedere debet Festum Cathedræ Antiochenæ sancti Petri, illi scilicet festo integras Vesperas tribuendo. - Quæritur :

1^o Utrum hæc resolutio vim obtineat tantum pro dicto Cathedræ sancti Petri Festo, vel applicari etiam debeat omni festo principali ejusdem ritus. Ex. gr., Sancti Benedicti Abbatis, Beati Caroli Boni ?

2^o Utrum in occurso Festi cathedræ sancti Petri aut festorum ejusdem ritus, cum dictis officiis Passionis Domini Nostri Jesu Christi, hæc locum primis cedere debeant ?

Sacra porro eadem Congregatio, ad relationem infrascripti

(1) Décret du 20 août 1885. (*Nouv. Revue Théol.*, LVII, pag. 453 .

Secretarii, auditaque alterius ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris sententia, hisce Dubiis sic rescribere rata est :

Officia Dominicæ Passionis, tam in concurrentia quam in occurrentia cum quovis festo principali sive primario ejusdem ritus, præcedentiam obtinere.

Atque ita déclaravit ac servari mandavit die 11 augusti 1886.

Pro Emo ac Rmo Dno Card. D. BARTOLINI, S. R. C. PRÆF.
A. CARD. SERAFINI.

Le Décret ci-dessus nous donne la même règle à suivre en cas de concurrence ou d'occurrence d'un office de la Passion avec une fête du même rite, fût-elle primaire.

I. — En ce qui regarde la *concurrence*, la question était déjà tranchée. Le Décret cité dans la supplique ne concernait, il est vrai, qu'un cas particulier. Mais un Décret général était intervenu depuis, sur la demande de Mgr l'Évêque de Tournai.

An festa primaria ritus duplicis majoris sint præferenda, in concursu, Festis secundariis Passionis Dominicæ, quæ sunt etiam ritus duplicis majoris?

R. — *Negative, juxta Decreta de concurrentia* IN PANORMITANA, *diei 12 aprilis 1823*, IN MECHLINIEN, *diei 22 maii 1841*, et MELITEN, *diei 6 septembris 1845* (1).

Il y a plus ; la S. Congrégation confirme sa réponse négative par la citation de trois Décrets antérieurs ; et les deux premiers surtout montrent que, sous le rapport de la concurrence, la S. Congrégation n'a point entendu placer les offices de la Passion dans une situation exceptionnelle ; elle ne fait que leur appliquer la règle générale formulée dans

(1) S. R. C., IN TORNACEN, 25 sept. 1882 (V. *Nouv. Revue Théol.*, xiv, p. 360).

la Table de concurrence : quand deux offices de rite double majeur sont en concurrence, la Table porte : *Totum de digniori, commemoratio de minus digno*; il n'y a pas de préférence à donner à la fête primaire sur la fête secondaire. Cette règle a déjà été établie dans la *Nouvelle Revue Théologique* (1).

II. — En cas d'occurrence de deux fêtes de rite double majeur, la Table d'occurrence porte bien encore : *Officium de digniori, translatio de minus digno*; mais les Décrets de la S. Congrégation nous ont appris depuis longtemps que la fête primaire de rite double majeur l'emporte sur la fête secondaire du même rite, cette dernière fût-elle d'une dignité objective supérieure. Le Décret IN MECHLINIEN, que nous citons tout à l'heure, nous offre précisément l'exemple de cette différence que met la S. Congrégation entre l'occurrence et la concurrence de deux fêtes de rite double majeur. Il s'agit des fêtes du Sacré-Cœur de Jésus et de saint Barnabé, apôtre : la décision est qu'en cas d'occurrence, saint Barnabé l'emporte, *parce que la fête du Sacré-Cœur est une fête secondaire*, et qu'en cas de concurrence, les vêpres sont du Sacré-Cœur avec mémoire de saint Barnabé.

Les offices de la Passion sont souvent en occurrence avec une fête de rite double majeur; d'ailleurs, ils ne sont pas concédés à tous les diocèses sous les mêmes clauses. Le 6 août 1831, ces offices ont été étendus au clergé Romain, et le décret porte : *Que officia non possint amandari ad aliam diem... nisi occurrente officio potioris ritus* (2); la même clause se retrouve dans un certain nombre d'indults. Elle manque en plusieurs autres; nous pouvons citer comme exemple l'indult accordé en 1874 à Mgr l'Évêque d'Angou-

(1) *Ibid.*, pag. 355 et suiv.

(2) *Officia propria... Clero Romano... concessa*, pag. v, edit. 1831.

lème, et la concession faite pour les États-Unis en 1840, à la demande du Concile de Baltimore (1).

Aussi comprenons-nous la décision de la S. Congrégation rapportée par Gardellini sous la date du 11 septembre 1847 (2). On pose deux questions : 1° Les offices de la Passion ont-ils toujours la préférence sur une fête de rite double majeur qui se rencontre avec eux? 2° L'ont-ils spécialement quand l'indult de concession porte la clause : *Quod non transferantur nisi occurrente officio potioris ritus?* Ces deux questions reçoivent la même réponse : *Standum peculiaribus indultis, et si satis non sit, in casibus particularibus recursus habeatur ad S. Congregationem.*

Il faut s'en tenir au texte des Indults; par conséquent, aurions-nous dit, lorsque l'indult ne porte aucune clause spéciale, et qu'un office de la Passion se trouve en occurrence avec une fête primaire de même rite, il faut suivre la règle générale et transférer l'office de la Passion. La S. Congrégation a répondu dans ce sens à Mgr l'Archevêque de Cincinnati le 18 septembre 1882; elle a donné la préférence à la fête des Épousailles de la très sainte Vierge (3) sur la Prière de Notre-Seigneur au Mont des Oliviers. Notons cependant qu'elle ajoute une réserve : *Salvo definitivo judicio ab ipsa S. Congregatione ferendo super festis primariis et secundariis* (4).

Si, au contraire, l'indult porte la clause ci-dessus indiquée, nous aurions cru, pour notre compte, que cette clause ne pouvait avoir été insérée que pour faire passer l'office

(1) *Collectio Lacensis*, III, pag. 79.

(2) N° 5114.

(3) Il ne faut pas oublier que, d'après Carpo, cette fête est rangée parmi les fêtes primaires. (*Compend. Biblioth. Lit.*, part. IV, n. 10).

(4) *Nouv. Revue Théol.*, XIV, p. 474.

de la Passion avant une fête primaire de même rite. Car, à moins qu'on ne suppose une fête secondaire de Notre-Seigneur, de rite double majeur, en occurrence avec l'un de ces offices, et ce cas sera bien rare, toute autre fête secondaire sera moins digne, et, dès lors, devra être transférée, même sans la clause dont nous parlons. Or, d'après les règles du droit, toute clause insérée dans un rescrit *ita intelligenda est ut aliquid operetur*. Nous n'aurions donc pas hésité à adopter cette interprétation.

La *Nouvelle Revue Théologique* nous apprend que, malgré la clause, le Rédacteur de l'*Ordo* Romain a donné la préférence à la fête des Épousailles, et transféré l'office de la Passion. Ce n'était pas chose étonnante, si l'on regarde avec Carpo la fête des Épousailles comme une fête primaire. Quoi qu'il en soit, une nouvelle question a été posée : on a supposé un indult muni de la clause dont il s'agit, et, après avoir mentionné l'usage de l'*Ordo* Romain, demandé s'il faut transférer, en cas d'occurrence, l'office de la Passion ou l'office primaire de même rite. La S. Congrégation, sans faire aucune allusion au cas spécial des offices de la Passion, s'est bornée à rappeler la règle générale : *Festum secundarium, etsi majoris dignitatis, in occurso cum festo primario ejusdem ritus, esse transferendum*. Elle ajoute encore la réserve que nous avons déjà dû mentionner : *Salvo definitivo judicio, etc.*

Cette réponse est du 13 juillet 1883 (1). Si elle veut dire qu'il faut s'en tenir à la règle générale et transférer l'office de la Passion, nous avouons qu'elle nous paraît rendre complètement inutile la clause : *Quod non possint amandari ad aliam diem, nisi occurrente officio potioris ritus*. Or, depuis cette époque, a paru un Décret qui donne une force

(1) *Nouv. Revue Théol.*, xv, pag. 355.

nouvelle à notre opinion, et qui montre que la dite clause doit bien avoir le sens et la portée que nous lui avons attribués. Le 19 juin 1884, le Souverain Pontife a déclaré que la fête du saint Rosaire, elle aussi, ne pourra plus désormais être transférée *nisi occurrente officio potioris ritus*, et il ajoute : *Quemadmodum per Decretum Urbis ejusdem S. Rituum Congregationis sub die 6 augusti 1831 pro Officiis Mysteriorum et Instrumentorum Dominicae Passionis præscriptum fuerat*. N'est-ce pas dire que la clause a le même sens et la même portée dans les deux cas? Or, quelle est l'efficacité de cette clause par rapport à la fête du saint Rosaire? C'est le Souverain Pontife lui-même qui nous le révèle au commencement du Décret; il a rendu cette déclaration : *Ne, ob recentem ad ritum duplicis majoris erectionem Officiorum SS. Angelorum Custodum ac S. Francisci Assisiensis, Officium, pariter ritus duplicis majoris, Sacratissimi Deiparæ Rosarii, quod veluti festum secundarium putatur, Dominicae primæ octobris affixum, in occurrentia aliquoties illis postponendum et ad aliam diem transferendum sit* (1). Si l'on veut bien considérer que les fêtes des saints Anges et de saint François sont deux fêtes primaires, notre cause est gagnée : la clause a bien le sens que nous lui avons donné, et, au milieu de tous ces Décrets, c'est celui du 13 juillet 1883 qui est seul obscur.

La réponse actuelle à Mgr l'Évêque de Namur va plus loin encore. Cette fois, plus de distinction à établir entre les divers indults, selon les clauses qu'ils peuvent renfermer. La question n'y fait aucune allusion, la réponse n'en fait pas davantage. Elle prononce d'une manière générale que l'on devra suivre, en cas d'occurrence d'un office de la Passion

(1) *Ibid.*, xvi, pag. 413.

avec une fête de même rite, la règle déjà établie pour la concurrence, c'est-à-dire donner la préférence à l'office de la Passion, et transférer la fête de même rite, fût-elle primaire.

Quel est le motif sur lequel s'est appuyé la S. Congrégation pour faire cette réponse? Dès lors qu'elle ne distingue pas et ne s'en réfère point à l'insertion d'une clause spéciale dans les indults, on est fondé à rechercher si elle a entendu placer les fêtes de la Passion, qui sont des fêtes de Notre-Seigneur, dans une situation exceptionnelle, et éviter, autant que possible, leur translation qui, d'ailleurs, ne peut avoir lieu que *intra Quadragesimam*, ou si elle a eu quelque autre raison de rendre son Décret. En particulier, il est difficile d'oublier qu'en deux réponses précédentes, qui précisément sont quelque peu en contradiction, du moins, si notre interprétation est exacte, la S. Congrégation a cru devoir formuler une réserve, et semblé annoncer *un jugement définitif sur la question des fêtes primaires et secondaires*. L'avenir nous dira si la décision actuelle doit être une exception, ou si elle est conforme à la règle définitive qui tranchera cette question.



DÉCRET DE LA S. CONGR. DES RITES.

DECRETUM.

URBIS ET ORBIS.

Post editas a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII Encyclicas Litteras *Supremi Apostolatus*, I septembris 1883, et *Superiore anno*, 30 augusti 1884, de propagando et celebrando Beatissimæ Dei Genitricis Mariæ Rosario, Sacra Rituum Congregatio per Decretum diei 20 augusti præteriti anni 1885, ipso Summo Pontifice annuente et imperante, statuit, ut quoadusque tristissima perdurent adjuncta, in quibus versatur Catholica Ecclesia, ac de restituta Pontificis Maximi plena libertate Deo referre gratias datum non sit, in omnibus Catholici Orbis Cathedralibus et Parochialibus templis, et in cunctis templis ac publicis Oratoriis Beatae Mariæ Virgini dicatis, aut in aliis etiam arbitrio Ordinariorum designandis, Mariale Rosarium cum Litanis Lauretanis per totum mensem Octobrem quotidie recitetur. Jamvero præsentis anno, qui Jubilæi thesauro ditatur, idem Sanctissimus Dominus Noster exoptans, ut quo magis ingruunt publicæ et privatæ calamitates, eo firmiori fiducia et proposito auxilium ac remedium quæratûr, et per Mariam quæratûr a Divina Misericordia, quæ totum nos habere voluit per Mariam; per hoc Sacræ ejusdem Congregationis Decretum Reverendissimos locorum Ordinarios adhortatur, ut, juxta memoratas Apostolicas Litteras et Decreta, eorumque tenore in omnibus servato, Christifideles ad hujusmodi pietatis exercitium, Deiparæ maxime acceptum, atque gratiarum equidem fœcundum, nec non ad Sacramentorum aliorumque salutarium operum frequentiam, omni sollicitudine advocare et allicere studeant.

Confirmando iterum Sanctitas Sua in omnibus sacras Indulgentias ac privilegia, quæ in præcitato Decreto concessa sunt, indulgere insuper dignata est, ut in iis templis, seu Oratoriis, ubi ob eorum paupertatem, Expositio cum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, ad tramitem Decreti ipsius, solemniter modo, nempe per Ostensorium fieri haud valeat, eadem per modum exceptionis peragi possit, prudenti iudicio Ordinarii, cum Sacra Pyxide; aperiendo scilicet ab initio ostiolum ciborii, et cum ea populum in fine benedicendo. Die 26 augusti 1886.

D. CARD. BARTOLINIUS, S. R. C., PRÆFECTUS.

L. † S.

LAURENTIUS SALVATI, S. R. C. *Secretarius.*



S. PÉNITENCERIE APOSTOLIQUE.

DEUX DÉCISIONS SUR L'ONANISME.

On nous a communiqué une décision importante de la S. Pénitencerie sur l'onanisme, en date du 10 mars 1886. Le texte des réponses a déjà été imprimé, mais non la supplique, et nous pensons que nos lecteurs nous sauront gré de leur donner le texte intégral. La supplique fait allusion à une décision de 1876. que nous avons été heureux de trouver. Nous commençons par celle-ci :

I.

Eminentissime ac Reverendissime Domine Domine.

Rector parœciæ S. P., in diœcesi Andegavensi, Sacræ Congregationi exponit quod,

Consultis probatis auctoribus. confessarii consentiunt quidem de onanismi enormitate, sed modo agendi circa onanistas non parum inter se discrepant. Nam :

1° Alii, ex plurimorum affirmationibus opinantes onanistas facile posse versari in eo errore, qui, licet est vincibilis, illos tamen excusat a tanto, id est, a peccato mortali; aliunde pro certo habentes declarationem enormitatis ejus sceleris non illis profuturam, sed potius nocituram, dum deinde, nolentes se emendare, de venialiter peccabunt mortaliter, et forte malent valedicere sacramentis quam suæ pravæ agendi rationi; alii, inquam, existimant esse licitum, imo satius, favere huic errori vincibili, quem decorant nomine bonæ fidei, hancque bonam fidem solertia

verborum, absque tamen mendacio, adaugere vel etiam inducere. Igitur non solum non interrogant, etiamsi prudenter timeant ne pœnitens a matrimonio abusus fuerit (sane ad eorum notitiam nondum pervenit declaratio S. Congregationis Inquisitionis, 21 maii 1851) (1), sed etiam cum interrogantur de onanismi gravitate, declinant responsum peritis circumlocutionibus, aut invitant interrogantem ad aperiendum quid ipse sentiat, et quando asserit se non posse in hoc tantum mali videre, propter jus conjugatorum, aut aliam rationem ejusdem farinae, gaudent illum in ista sua bona fide relinquere.

2º Alii, admittentes etiam bonam fidem predictam, iisdemque rationibus moti, non dissimulant quidem veritatem cum interrogantur; sed quando pœnitens solummodo accusat onanismum, altum silentium servant, et, finita confessione peccatorum, illum verbis generalibus ad contritionem excitant, illique asserenti se detestari omne peccatum lethale sanctam absolutionem imperitiuntur.

3º Alii, non negantes quidem posse aliquoties inveniri errorem vincibilem excusantem a tanto, rarissime tamen quasi de peccato mortali veniale fiat, sed sic quod, relinquendo onanismum intra fines peccati mortalis, illum reddet leviolem quam si plena notitia malitiæ fieret; insuper pro certo habentes hunc errorem vincibilem, posito quod antea potuerit esse hujuscemodi ut redderet culpam de lethali venialem, jam non posse ubi onanista de suo peccato confitendo cogitavit, sive sponte, sive alia causa, atque alias nequire diu talem manere, quia non difficile perspici-

(1) En illa declaratio : - Quæritur a Sede Apostolica qua nota theologica dignæ sint tres propositiones sequentes : 1º Ob rationes honestas conjugibus uti licet matrimonio eo modo quo usus est Onam; 2º Probabile est istum matrimonii usum non esse prohibitum de jure naturali; 3º Nunquam expedit interrogare de hac materia utriusque sexus conjuges, etiamsi prudenter timeatur ne conjuges, sive vir sive uxor, abutantur matrimonio. — RESP. Ad I. Propositionem esse scandalosam, erroneam et juri naturali matrimonii contrariam. — Ad II. Propositionem esse scandalosam, erroneam et alias implicate damnatam ab Innocentio XI, prop. 49. — Ad III. Propositionem, prout jacet, esse falsam, nimis laxam, et in praxi periculosam. »

tur onanismum juri naturæ, fini matrimonii, etc., valde adversari, et quia de hoc sæpius fit sermo inter homines, dum loquuntur de suis confessionibus et confessariis; præterea suffulti aliis rationibus e sacra Scriptura et theologia sumptis; hi tertii generis, inquam, confessarii, finita confessione peccatorum aut citius, prout opus fuit, non omittunt quemcumque pœnitentem, sive sponte, sive ex interrogatione prudenter facta, confessum de onanismo reprehendere non secus ac de aliis gravibus sceleribus, quantum ejus bonum exigere videtur, nec illum absolvunt, nisi sufficientibus signis monstret se dolere de præterito et habere propositum non amplius onanistice agendi.

Perspecto quod hæ tres praxes confessariorum nequeunt esse simul laudabiles, quodque earum diversitas, quam fideles animadvertunt, non potest non multum obesse bono religionis animarumque saluti, præfatus orator tam enixe quam humillime postulat ut S. Pœnitentiariæ placeat declarare.

1^o An liceat favere illi bonæ fidei, de qua relatum est in primo loco, atque illam creare?

2^o An confessarii, de quibus in secundo, satisfaciant suo muneri?

3^o An confessarii, de quibus in tertio, debeant redargui quasi seipsos et pœnitentem plus æquo torquentes, aut potius eorum praxis sit omnimode bona?

Eminentię vestræ humillimus obsequentissimus servus...

S. Pœnitentaria ad dubia proposita respondet :

Ad I. *Negative.*

Ad II. *Negative.*

Ad III. *Quatenus confessarii de quibus in precibus, circa interrogationes de usu matrimonii conjugibus aliquando faciendas, intra limites a Rituali romano et probatis auctoribus se contineant, eorum praxim omni reprehensione carere.*

Datum Romæ in S. Pœnitentaria, die 14 decembris 1876.

PHILIPP. DE ANGELIS, S. P. DATARIUS.

A. MARTINI, S. P. *Substitutus.*

II.

Beatissime Pater,

Episcopus N. N., ad pedes Sanctitatis Vestrae reverenter se sistens, Beatitudini Vestrae dubia quaedam elucidanda proponit, quae animarum Pastoribus et Confessariis jam diu gravem mentis et conscientiae anxietatem afferunt.

Uti Sanctitati Vestrae compertum est, nefandum Onanis crimen in pluribus Galliae regionibus latius in dies diffunditur, atque altiores agit radices; adeo ut nulla fere Provincia ab hac peste immunis remaneat, ipsique scientiae socialis cultores de exitioso hoc morbo publice conquerantur. Ubique ferme rarescere cernuntur familiae, non quidem ex conjugiorum infrequentia, sed ex eorum voluntaria infœcunditate. Eo res jam devenit, ut, cum antea multi conjuges nimiam tantum vellent evitare prolem, nunc plurimi omnem vel fere omnem liberorum susceptionem scelesto consilio excludere audeant. — Hinc etiam, magna saltem ex parte, provenit lugenda illa imminutio ministrorum Ecclesiae qua diœceses magis magisque laborant.

Movet quidem animarum Pastores deploranda calamitas, quae in ipsam societatem ex pravo hoc matrimonii usu derivatur: movet tamen acrius, et simul ingenti tristitia afficit eos gravissima offensa Deo illata, et praesentissimum animarum periculum. Atque haec eorum maestitia inde etiam augetur, quod non una sit omnium Confessariorum, in hac curanda plaga, agendi ratio; nec optata uniformitas sperari possit ex illis, quae hactenus prodierunt, S. Sedis Responsis et Declarationibus.

Nodus difficultatis versatur circa necessitatem *interrogandi* et *monendi* poenitentes. — Omnes quidem Confessarii et Theologiae moralis scriptores maximam hujus peccati gravitatem agnoscunt; omnes similiter fatentur summam Confessario adhibendam esse in interrogando prudentiam ac modestiam, et satius esse ut deficiat confessionis integritas materialis, quam ut poenitenti ex indiscreta interrogatione scandalum obveniat, vel decus sacri

ministerii offendatur. — Discrepant vero Confessarii in hoc capite : an necessaria sit, necne, interrogatio ipsa, licet castis modestisque verbis expressa ?

Alii enim Confessarii persuasum sibi habent, inter tot fideles qui detestandæ Onanis praxi indulgent, aliquos saltem reperiri qui in bona fide versantur. — Ne igitur raros hosce pœnitentes ex bona fide deturbent, consultius esse putant, *neminem* de hoc peccato *interrogare*, nisi forte ipse se pœnitens accusare incipiat, et interrogatio confessionem tantummodo faciliorem reddat. — Iidem Confessarii arbitrantur, *moneri non debere* pœnitentem de gravitate hujus peccati, eo quod forte rem non ita gravem esse existimet. Atque in ista opinione, hac etiam ratione confirmantur. quod plerique conjuges, de onanismi malitia aperte moniti, sacramenta deserturi prævideantur, atque adeo majus damnationis periculum incurrant.

Alii Confessarii existimant, Ministris divinæ legis, quibus ex officio incumbit propria Fideles munera docere, *licitum non esse silentium*, cum vident ipsius naturæ præcepta generaliter violari. Tunc enim (ut verbis utamur Benedicti XIV, in sua *Bulla Apostolica Constitutio*) - pœnitens aut crimina ignorat, quæ tamen nosse debet; aut in iis versatur circumstantiis, quæ, Confessario dissimulante, peccatorem in pravo opere obfirmant, non sine aliorum scandalo; cum quis arbitretur, ea sibi licere quæ ab iis qui Ecclesiæ Sacramenta frequentant, impune exerceri animadvertit. — Hinc præfati Confessarii censent, toties *discretam interrogationem* esse faciendam de Onanismo, quoties fundata *suspicio adest*, pœnitentem huic crimini esse addictum; censent bonum commune postulare ut pœnitens, qui probabiliter tantum in bona fide versatur, apertis, sed discretis, moneatur verbis; censent demum tunc solum ab interrogando et monendo esse abstinendum (nisi contrarium postulet bonum commune), cum ex præsentibus rei circumstantiis moraliter certum esse videtur, pœnitentem in bona fide versari, et monitionem fore infructuosam.

Ex Responsis a S. Sede hætenus datis, variæ quidem suppe-

ditantur regulæ, quibus plura jam dubia ad hanc materiam pertinentia, dilucida sunt.

Sic ex Responso S. Pœnitentiariæ diei 14 decembris 1876, dato ad Rectorem Parochiæ in diœcesi Andegavensi, constat, *non esse licitum* favere pœnitentium errori, qui a multis bona fides dicitur, nec talem bonam fidem creare.

Constat etiam, non satisfacere muneri suo eos Confessarios, qui, « quando pœnitens solummodo accusat Onanismum, altum silentium servant, et finita confessione peccatorum, illum verbis generalibus ad contritionem excitant, illique asserenti se detestari omne peccatum lethale, sanctam absolutionem impertiuntur. -

Constat præterea, *omni reprehensione carere* eos Confessarios, qui (intra limites a Rituali Romano et probatis Auctoribus præstitutos se continentes, quoad interrogationes de usu matrimonii conjugibus aliquando faciendas) - non omittunt quemcumque pœnitentem, sive sponte sive ex interrogatione prudenter facta, confessum de onanismo reprehendere, non secus ac de aliis gravibus peccatis, quantum ejus bonum exigere videtur; nec illum absolvunt, nisi sufficientibus signis monstret se dolere de præterito et habere propositum non amplius onanistice agendi. -

Verum, cum ex superioribus S. Sedis Apostolicæ Responsis, non omnia de hac materia dubia solvantur, atque interea diversimode a diversis Confessariis cum Onanistis agatur, non sine gravi animarum detrimento ac magno Pastorum mœrore; Hinc præfatus Orator Sanctitatem Vestram, verba vitæ æternæ habentem, reverenter et fiducialiter adit, enixe supplicans ut Vestra Beatitudo ad sequentia dubia benignum dare Responsum dignetur, videlicet :

I. Quando adest fundata suspicio, pœnitentem, qui de ONANISMO omnino silet, huic crimini esse addictum, num Confessario *liceat* a prudenti et discreta INTERROGATIONE abstinere, eo quod prævideat plures a bona fide exturbandos, multosque Sacramenta deserturos esse? — Annon potius *teneatur* Confessarius prudenter ac discrete interrogare?

II. An Confessarius, qui, sive ex spontanea confessione, sive

ex prudenti interrogatione, cognoscit pœnitentem esse Onanistam, *teneatur* illum de hujus peccati gravitate, æque ac de aliorum peccatorum mortalium, MONERE, eumque (uti ait Rituale Romanum) paterna charitate reprehendere, eique absolutionem tunc solum impertiri. cum sufficientibus signis constet, eundem dolere de præterito, et habere propositum non amplius onanistice agendi?

Sacra Pœnitentiaria, attento vitium infandum de quo in casu late invaluisse, ad proposita dubia respondendum censuit, prout respondet :

Ad I. Regulariter *negative* ad primam partem; *affirmative* ad secundam.

Ad II. *Affirmative*, juxta doctrinas probatorum Auctorum.

Datum Romæ in S. Pœnitentiaria, die 10 martii 1886.

CARD. MONACO, PÆNIT. M.

HIP. CAN. PALOMBI, S. P. Secret.



S. CONGR. DE LA PROPAGANDE.

Nous empruntons aux Actes du dernier Concile de Baltimore le document suivant, à cause de son importance et nous le ferons suivre d'un bref commentaire. Il concerne trois questions : la détermination et le nombre des fêtes de précepte en Amérique, l'extension à certaines régions de la Déclaration de Benoît XIV sur les mariages des hérétiques, et le quasi-domicile nécessaire au mariage.

RESPONSUM

DE FESTIS, DECLARATIONE BENEDICTINA, ET QUASI-DOMICILIO.

Romæ, die 31 decembris 1885.

Illme ac Rme Domine (1).

Ab Amplitudine Tua nomine Patrum Concilii Tertii Plenarii Baltimorensis sequens supplicatio Summo Pontifici exhibita fuit, ut dies festi de præcepto ad quosdam determinatos, in omnibus Diœcesibus Statuum Fœderatorum Americæ Septentrionalis servandos, reducerentur.

Beatissime Pater,

Intra fines Statuum Fœderatorum Americæ Septentrionalis magna obtinet diversitas in observandis diebus festis de præcepto. In aliis enim locis quinque, in aliis vero novem, in aliis

(1) Cette pièce est adressée : *R. P. D. Jacobo Gibbons Archiep. Baltimorensi*. On sait que Mgr l'Archevêque de Baltimore avait été délégué par le Saint-Siège pour présider le Concile, et la supplique des Pères du Concile avait été rédigée par lui au nom de tous.

etiam plures servantur, adeo ut non tantum acatholici, sed et fideles hac de re jam commoveantur, non parum mirantes qua ratione id fiat, ut certis diebus obligatio audiendi missam et abstinendi ab operibus servilibus urgeat in una diœcesi vel provincia, in altera vero non. Præterea in hisce regionibus et fideles gravissimis premuntur difficultatibus quoad observantiam dierum festorum. Quum enim in parandis vitæ necessariis magna ex parte ab acatholicis pendeant, qui labores diebus festis, nisi in Dominicas incidant, intermitteri non patiuntur, maxima fidelium pars nonnisi cum gravissimis incommodis iisdem diebus ab operibus abstinere et SS. Missæ Sacrificio interesse possunt. Hinc Patres in Concilio Plenario Baltimorensi Tertio congregati, summopere in votis habentes ut uniformitas in servandis Festis inducatur, matureque perpendentes difficultates quibus fideles intra Fœderatas has Provincias laborant, Beatitudini Tuæ supplicandum duxerunt :

1^o Ut, attentis peculiaribus circumstantiis Catholicorum in hisce regionibus morantium, Apostolica Auctoritate dignetur declarare, per omnes diœceses Americæ Septentrionalis Fœderatæ, de præcepto audiendi Missam et abstinendi a servilibus, servandos esse dies festos omnes et solos qui sequuntur : Immaculata Conceptio B. M. V. — Nativitas D. N. J. C. — Circumcisio D. N. J. C. — Ascensio D. N. J. C. — Assumptio B. M. V. — Festum Omnium Sanctorum. — Per rerum enim temporumque rationes istorum sex dierum festorum observatio feliciter speratur.

2^o Quoad ceteros dies festos, qui præter sex supradictos quibusdam in locis adhuc de præcepto sunt, ut ex Apostolica benignitate eorundem locorum fideles solvantur quidem ab obligatione Missam audiendi et ab operibus abstinendi : quin tamen iidem dies festi quoad devotionem et solemnitatem externam supprimantur.

3^o Ad festum SS. Corpus Christi quod spectat, ut benigne indulgere velit, quod ejusdem Festi solemnitas in diem Dominicam proxime sequentem transferatur, ad normam indulti diœ-

cesibus Statuum Fœderatorum Americæ Septentrionalis concessi quoad festum SS. Apostolorum Petri et Pauli, ut habetur in litteris S. Congr. de Prop. Fide ad Archiepiscopum Baltimorem diei 19 decembris 1840.

Quibus humilibus precibus ut Beatitudo Tua velit annuere, obsequenti animo supplicant Patres Concilii Plenarii Baltimorensis Tertii.

Baltimore, die 23 decembris 1884.

Beatitudinis Tuæ

Servus humillimus,

JACOBUS GIBBONS, *Archiep. Balt., Deleg. Apost.*

Pariter expostulavit Amplitudo Tua, ut Declaratio Benedicti XIV, pro Hollandia edita a. 1741, ad ea loca Statuum Fœderatorum, ubi decretum *Tametsi* Concilii Tridentini viget, et de quibus non constat eandem fuisse extensam, extenderetur :

Supplicatio A. T. hoc modo se habet :

Beatissime Pater,

Archiepiscopi et Episcopi totius Americæ Septentrionalis Fœderatæ, in Concilio Plenario Baltimorensi Tertio congregati, inter alias res, collatis consiliis, id etiam diligenter egerunt, ut ad liquidum deducerent, quibus in locis Statuum Fœderatorum Americæ Septentrionalis decretum Tridentinum *Tametsi* de matrimoniis clandestinis (Sess. xxiv, c. 1, de Ref.) vigeat, et in quibus non vigeat. Re studiose indagata ad hanc devenerunt sententiam :

Decretum *Tametsi* non viget in sequentibus Provinciis ecclesiasticis scilicet : 1. Baltimorensi; 2. Philadelphensi; 3. Neoboracensi; 4. Bostoniensi; 5. Oregonopolitana; 6. Milwaukiensi; 7. Cincinnatiensi, excepta diœcesi Vincennopolitana; 8. S. Ludovici, exceptis ipsa civitate S. Ludovici et quibusdam aliis locis ejusdem Archidiœcesis mox nominandis; 9. Chicagienensi, exceptis aliquibus locis diœcesis Altonensis proxime citandis.

In cæteris vero locis eorundem Statuum Fœderatorum decretum *Tametsi* vigere censetur, scilicet : 1. In tota Provincia

Neo-Aurelianensi; 2. in Provincia S. Francisci cum territorio Utah, excepta ea parte ejusdem territorii quæ jacet ad orientem fluminis Colorado; 3. in Provincia S. Fidei, excepta parte septentrionali territorii Colorado; 4. in diœcesi Vincennopolitana; 5. in civitate S. Ludovici, necnon in locis dictis S. Genovefæ, S. Ferdinandi et S. Caroli, Archidiœcesis S. Ludovici; 6. in locis dictis Kaskaskia, Cahokia, French Village et Prairie du Rocher, diœcesis Altonensis.

Ejusdem Concilii Plenarii Baltimorensis Tertii Patres item consilia contulerunt ad determinandum, quasnam ad partes Americæ Septentrionalis Fœderatæ, in quibus decretum *Tametsi* viget, extensa fuerit declaratio Benedicti XIV a. 1741 pro Hollandia edita.

Ea de re Patres in hanc convenerunt sententiam :

Declaratio Benedictina extensa fuit 1. ad Provinciæ Neo-Aurelianensis sequentes diœceses, scilicet, Archidiœcesim Neo-Aurelianensem; diœceses Natchitochensem, Natchetensem, Petriculanam, Mobiliensem; 2. ad Provinciæ S. Francisci cum territorio Utah; 3. ad diœcesim Vincennopolitanam Provinciæ Cincinnatiensis; 4. ad Archidiœcesim S. Ludovici quoad partes in quibus viget decretum *Tametsi*; 5. ad loca diœcesis Altonensis in quibus idem decretum obtinet.

Declaratio Benedictina non extensa fuit ad Provinciæ S. Fidei. Quoad diœceses vero S. Antonii, Galvestonensem, Brownsvillensem, quæ pertinent ad Provinciæ Neo-Aurelianensem, res est dubia, utrum necne declaratio Benedictina extensa fuerit.

Quæ cum ita sint, quo uniformitas hæc in re, omnibus in locis in quibus viget decretum *Tametsi* inducatur, nullusque relinquatur ambigendi locus, visum est Patribus Concilii Plenarii Baltimorensis Tertii, Beatudini Tuæ supplicare, ut suprema sua auctoritate benigne dignetur Declarationem a Benedicto XIV pro Hollandia editam ad eas extendere partes Americæ Septentrionalis Fœderatæ, in quibus viget decretum *Tametsi*, de quibus constat eandem declarationem hactenus non fuisse

extensam ; uti et ad omnia alia loca, de quibus dubium movetur, aut in posterum moveri possit, utrum necne eadem Declaratio jam extensa fuerit.

Beatitudinis Tuæ,
 Servus humillimus,

JACOBUS GIBBONS, *Archiep. Balt., Deleg. Apost.*

Porro hæ petitiones ad Congregationem S. O. pro examine remissæ sunt. Emi vero Universales Inquisitores re mature perpensa, die 25 novembris 1885, reposuerunt :

Ad I. Supplicandum SSmo pro gratia juxta preces.

Ad II. Supplicandum SSmo pro extensione ad diœceses S. Antonii, Galvestonensem, et ad Vicariatum Apostolicum Brownsvillensem tantum.

Sanctitas vero sua, cui hæc omnia eadem die relata sunt, Patrum Concilii Plenarii Baltimorensis Tertii precibus juxta S. Congregationis sententiam benigne annuere dignata est.

Relate autem ad aliam petitionem, qua posebatur ut simplex factum commorationis unius mensis in aliquo loco sufficeret ad ibi acquirendum domicilium, et ad valide matrimonium contrahendum, Emi Patres, rem perpendere cupientes, responsionem differendam esse censuerunt.

Amplitudinis Tuæ,
 Uti Frater addictissimus,

JOANNES CARD. SIMEONI, PRÆFECTUS.

D. ARCHIEP. TYR.. *Secret.*

A cette Réponse de la Propagande est jointe, dans les *Actes* du Concile de Baltimore, la note suivante, qui fait voir avec plus de détails le sens de la demande du Concile, que le Saint-Siège a voulu soumettre à un plus mûr examen.

Cum in Concilio ageretur de nupturientibus qui, etsi per aliquot tempus in aliena diœcesi commorati sint, ibi tamen juxta

leges modo vigentes ne quasi domicilium quidem acquisierunt, Patres hac de re decretum tulerunt, Apostolica Auctoritate firmandum, ejus tenor in sequenti petitione ad S. Sedem exponitur.

Beatissime Pater,

In deliberationibus quas de quæstionibus matrimonialibus habuerunt Patres Concilii Plenarii Baltimorensis Tertii, Beatitudinem Tuam censuerunt orandam, ut Apostolica Auctoritate pro Fœderatis Americæ Septentrionalis Provinciis dignetur decernere, eos qui e sua diœcesi ad aliam transeunt, modo in hac per spatium unius saltem mensis commorati sint, eo ipso, nulla facta inquisitione de animo manendi per majorem anni partem, censendos esse acquisiisse quasi domicilium quod sufficiat ad matrimonium contrahendum, eosque subditos constituendos Episcopi ejusdem diœcesis in ordine ad dispensationes ab impedimentis, si quæ obstant, obtinendas.

Rationes hujus petitionis sunt : 1. Gravia incommoda et anxietates ac molestiæ quæ frequenter sacerdotibus oriuntur, si canonicæ præscriptiones de quasi domicilio sint servandæ. 2. Periculum ne secus nupturientes, scandalo fidelium, magistratum civilem aut præconem sectæ acatholicæ adeant ad matrimonium contrahendum.

Beatitudinis Tuæ,

Filius obedientissimus,

JACOBUS GIBBONS. *Archiep. Balt., Deleg. Apost.*

I. DÉTERMINATION ET NOMBRE DES FÊTES DE PRÉCEPTÉ.

Sur les instances des Pères du Concile, le Saint-Siège a donc consenti à déterminer les fêtes qui seront désormais de précepté, et à établir sur ce point une règle uniforme dans toute l'étendue des États-Unis.

Tout le monde sait qu'en France, nous avons seulement quatre fêtes de précepté en dehors du dimanche : Noël, l'Ascension, l'Assomption et la Toussaint. En Angleterre,

il y en a huit : aux quatre fêtes conservées en France, il faut ajouter : -la Circoncision, l'Épiphanie, la Fête-Dieu, et la fête des saints Apôtres Pierre et Paul. En Irlande, dix fêtes sont conservées : les fêtes précédentes, et, en outre, l'Annonciation et la fête de saint Patrice, apôtre de l'Irlande (1). Désormais, les États-Unis en auront six : les quatre désignées pour la France, et, de plus, l'Immaculée-Conception et la Circoncision.

Jusqu'ici, la discipline des différents diocèses ou des provinces des États-Unis était loin d'être uniforme sur ce point. Lehmkuhl le constate, et se borne à emprunter au premier Concile de la province de l'Orégon, célébré en 1848, la nomenclature des dix fêtes qui étaient alors obligatoires dans cette province; il n'essaie pas d'indiquer les fêtes en vigueur dans les autres provinces. Konings est plus précis : « Præsens hujus regionis disciplina, *dit-il* (2), in plerisque provinciis novem tantum per annum dies festos ex præcepto servandos injungit, *sc. Immaculatae Conceptionis B. M. V. (ex Deer. SS. D. N. Pii PP. IX, dd. 24 jan. 1868); Natalis Dni; Circumcisionis Dni; Epiphaniæ; Annuntiationis B. M. V.; Ascensionis Dni; Corporis Christi; Assumptionis B. M. V. et OO. Sanctorum. In Luisiania et aliis Statibus meridionalibus, et in quibusdam diœcesibus occidentalibus quinque tantum festa celebrantur, nempe : Imm. Conc. B. M. V. (ex Deer. Pii IX supra citato); Natalis Dni; Ascensionis Dni; Assumptionis B. M. V. et OO. Sanctorum.* »

Konings a évidemment pris ces indications à la Théologie morale de Mgr Kenrick (3), en ajoutant seulement au cata-

(1) Lehmkuhl, *Theolog. Mor.*, 1, p. 385.

(2) N° 546.

(3) Tract. iv. part. II. cap. 1, n. 3.

logue de ce dernier la fête de l'Immaculée-Conception, devenue de précepte en 1868. Cependant, ces indications ne sont pas encore exactes, et la diversité devait être plus grande que ces deux auteurs ne le disent. Si nous remontons, en effet, aux Actes du deuxième Concile plénier de Baltimore, nous y verrons que l'Évêque de Monterey (Californie) parle de *quatorze* jours de fêtes observés dans son diocèse; l'Archevêque de San-Francisco (Californie), constate qu'il y en a cinq seulement, dans la Californie et le Nouveau Mexique; en d'autres lieux les fêtes de précepte étaient de *sept* : - Montereyensis dixit quatuordecim festos dies servari in sua diœcesi. - — - Metropolita S. Francisci censuit potius *quinque* dies festos qui in California solum et Novo Mexico celebrantur retineri debere... (1). - — - Aliquibus in locis Festa septem vel octo, in aliis vero quatuor tantum celebrantur (2). - Cette dernière phrase est répétée presque mot à mot dans la supplique de Mgr Gibbons relatée plus haut, et dans les Actes du Concile actuel : - ... Quum, ut de festis loquamur, in aliis locis quinque, in aliis vero novem, in aliis etiam plura celebrentur (3). -

Cet état de choses, qui paraît si étrange, s'explique cependant. Il ne faut pas oublier l'immense étendue du territoire des États-Unis, et les émigrations continuelles qui ont rempli ce pays d'une population partie des différentes nations de l'Europe et du monde entier. On y retrouve donc plus ou moins mélangées, les coutumes, les pratiques de diverses nations; et de là une diversité très grande, qu'il était impossible d'éviter.

Cette diversité a des inconvénients graves signalés dans

(1) *Coll. Lacensis*, III, col. 358.

(2) *Ibid.*, col. 502.

(3) *Acta et Decreta Concilii Plenarii Baltimorensis III*, Tit. III, cap. II, n. 107.

la supplique de Mgr Gibbons et dans les Actes du Concile; nous n'avons point à les répéter ici. Aussi, dès le premier Concile plénier de Baltimore, célébré en 1852, cette question attira-t-elle l'attention des Pères; on chercha dès lors à établir l'uniformité dans tous les États-Unis, et un Décret, qui réduisait à quatre les fêtes de précepte tombant sur la semaine, fut inséré dans les Actes du Concile. Les quatre fêtes conservées étaient celles que le Concordat de 1802 a données à la France; savoir: Noël, l'Ascension, l'Assomption et la Toussaint. Le Décret ne fut point approuvé par le Saint-Siège, et la Propagande en donna deux raisons: 1^o La réduction proposée parut excessive; on prenait le moindre nombre possible, et le Saint-Siège crut qu'il n'y avait pas lieu de descendre à cette limite extrême, par cette seule raison qu'elle était malheureusement adoptée déjà en quelques diocèses: - ... *Equum non videtur ut ex eo quod in nonnullis locis minori numero festa vel jejunia vigeant, idcirco minui etiam debeant ubi juxta universalis Ecclesie disciplinam alia adhuc servantur.* - — 2^o L'uniformité demandée déplaisait au Saint-Siège; il craignait qu'on n'y vit les apparences de la formation d'une Église nationale: « *Studium porro Episcoporum non eo est dirigendum ut dioeceses istae omnes uniformes evadant in iis quae difformia ab universalis Ecclesie disciplina; id siquidem incongruum esset, et Nationalis Ecclesie speciem facilius ingereret. Ob difficilia rerum adjuncta, gravibusque de causis, annuit Apostolica Sedes ut in nonnullis disciplina seu commune jus Ecclesiasticum relaxaretur: at id fit per modum tolerantiae ac provisoria ratione, neque derogationes hujusmodi sunt magis firmandae vel extendendae; sed potius adniten-dum omni ope ut universalis disciplinae observantia paulatim restitui valeat (1).* »

(1) *Coll. Lacensis*, III, col. 151.

Le Décret, qui portait dans les Actes du Concile le numéro xxv, fut donc supprimé. Dans les années qui suivirent, on vit le Saint-Siège, abandonnant en effet la pensée d'établir l'uniformité, accéder aux vœux exprimés par les Conciles Provinciaux. C'est ainsi qu'en 1858, la province de Cincinnati ajoutait, aux quatre fêtes de précepte en vigueur jusqu'alors, quatre fêtes nouvelles (1).

Cependant, la question était toujours agitée, et le Saint-Siège le savait. Avant le second Concile plénier de Baltimore, il invita lui-même les Pères à s'en occuper. « Neque enim S. Congregationem latet adhuc inter aliquos istarum Provinciarum Præsules nonnullas de his controversias agitari, aliis antiquam Diœcesium disciplinam, aliis necessitatem fidelium, aliis denique superioris Concilii regulas a Sac. Congregatione sancitas obtendentibus. » Prévoyant que les Pères du Concile inclineraient peut-être pour établir l'uniformité, la Propagande rappelait ensuite les observations et les raisons qu'elle avait déjà présentées à la suite du premier Concile plénier, et proposait de nouveau d'ajouter, aux quatre fêtes de précepte demandées alors, les fêtes de la Circoncision et de l'Immaculée-Conception (2).

L'accord ne put se faire sur ces bases : le Concile demanda seulement que l'Immaculée Conception devint fête de précepte dans toute l'étendue des États-Unis, et il l'obtint (3).

(1) *Ibid.*, col. 209 et 212.

(2) *Ibid.*, col. 329.

(3) *Ibid.*, col. 362, 363, 384, 387. — Les provinces de l'Orégon, Saint-François et le diocèse de Santa-Fé furent cependant invitées par la Propagande à demander abrogation des cinq fêtes qui y étaient obligatoires, et non dans la province de Baltimore. (*Coll. Lac.*, *ibid.*, col. 384). — Quant à l'Immaculée-Conception, elle avait été, sur la demande du 6^e Concile provincial de Baltimore (1846), déclarée Patronne des États-Unis (2 juillet 1847), mais la fête n'était pas de précepte. La solennité en était renvoyée au dimanche suivant, et ce jour-là, contrairement à ce qui est réglé pour nos solennités

Cette fois l'accord s'est fait, et le Décret que nous venons de rapporter sanctionne la demande du Concile. Six fêtes seulement, en dehors des dimanches, sont de précepte aux États-Unis, et il convient de modifier en ce sens les renseignements donnés par les Théologies, notamment par celles de Mgr Kenrick, Konings et Lehmkull.

II. MARIAGES CLANDESTINS; DÉCRET DE TRENTE; EXTENSION DE LA DÉCLARATION DE BENOÎT XIV.

Il suffit de lire le document placé en tête de cet article pour se rendre compte de la demande présentée par les Pères du Concile de Baltimore, et pour voir dans quelle mesure elle a été accueillie. Nous ne croyons donc pas nécessaire d'insister; nous voulons seulement extraire de cette pièce des renseignements qui ont une importance considérable. Il est impossible de révoquer en doute l'exposé fait par les Pères du Concile; et, dès lors, nous avons sous la main un moyen de contrôler les assertions des auteurs, et de faire disparaître les inexactitudes, les contradictions, les hésitations, ou de combler les lacunes que nous trouvons dans les meilleurs ouvrages. Il n'est pas facile, en effet, d'avoir des données certaines pour déterminer les lieux où le Décret *Tametsi* du Concile de Trente est en vigueur, ceux où il n'est pas censé promulgué, ceux auxquels a été étendue la Déclaration de Benoît XIV par rapport aux mariages des hérétiques entre eux ou aux mariages mixtes. Après avoir

transférées de France et de Belgique, toutes les messes *privées*, la messe et les vêpres solennelles étaient de l'Immaculée-Conception; et tous les clercs *in sacris* assistant au chœur, satisfaisaient par le chant de ces vêpres à l'obligation de l'Office divin. (*Coll. Lac.*, III, col. 101, 106, 107-108). Le Décret de 1868 mit fin à cet état de choses.

lu Konings, Lehmkuhl, Mgr Feije (1), nous avons cru très utile de donner ces renseignements en ce qui concerne les États-Unis; et nous avons dressé la nomenclature suivante, aussi complète que possible, en indiquant les provinces, les diocèses, et même les lieux qui font exception à la règle commune de leur diocèse.

A. -- DANS LES ÉTATS-UNIS, LE DÉCRET TAMETSI
N'EST PAS EN VIGUEUR.

1° Dans la province de BALTIMORE, c'est-à-dire dans les diocèses de Baltimore, Charleston, Richmond, Savannah, Wheeling, Wilmington, Saint-Augustin, et dans le vicariat apostolique de la Caroline Septentrionale.

2° Dans la province de PHILADELPHIE; diocèses : Philadelphie, Pittsburg, Erie, Scranton, Harrisburg, Allegheny.

3° Dans la province de NEW-YORK; diocèses : New-York, Albany, Buffalo, Newark, Brooklyn, Rochester, Ogdensburg, Trenton.

4° Dans la province de BOSTON; diocèses : Hartford, Burlington, Portland, Springfield, Providence.

5° Dans la province d'OREGON; diocèses : Oregon, Nesqually, Hélène, Vancouver; vicariat apostolique : Idaho.

6° Dans la province de MILWAUKEE; diocèses : Milwaukee, Saint-Paul, Marquette, Green-Bay, La Crosse; vicariats apostoliques : Minnesota Septentrional, Dakota.

7° Dans la province de CINCINNATI, *excepté le diocèse de Vincennes*; par conséquent, dans les diocèses de Cincinnati, Louisville, Détroit, Cleveland, Covington, Fort-Wayne, Columbus, les Grands Rapides.

8° Dans la province de SAINT-LOUIS, c'est-à-dire dans les diocèses de Saint-Louis (*à l'exception de la ville même de Saint-Louis et des lieux dits de Sainte-Genève, de Saint-Ferdinand*

(1) Konings, n. 1608, 1609; Lehmkuhl, n. 789, 790; Mgr Feije, *De imped. et dispens. matrim.*, n. 334.

et de Saint-Charles), Dubuque, Nashville, Saint-Joseph, le Kansas, Leavenworth, Davenport, et le vicariat apostolique de Nebraska.

9° Dans la province de CHICAGO : diocèses : Chicago, Alton, (*excepté les lieux appelés Kaskaska, Cahoka, French-Village et Prairie du Rocher*), Peoria.

10° Dans la partie du TERRITOIRE D'UTAH (*province de San-Francisco*) qui se trouve à l'est du fleuve Colorado.

11° Dans la partie septentrionale du TERRITOIRE DE COLORADO (*province de Santa-Fé*).

B. — AU CONTRAIRE, LE DÉCRET TAMETSI
EST OBSERVÉ (*vigere censetur*).

1° Dans la province de LA NOUVELLE-ORLÉANS : diocèses : Nouvelle-Orléans, Mobile, Natchez, Little-Rock, Galveston, Natchitoches, San Antonio ; vicariat apostolique : Brownsville et préfecture apostolique du Territoire Indien.

2° Dans la province de SAN FRANCISCO : diocèses : San Francisco, Monterey et Los-Angelos, Grass-Valley et Mission du Territoire d'Utah (*il faut excepter toutefois la partie de ce territoire qui se trouve à l'est du Colorado*).

3° Dans la province de SANTA-FÉ : diocèses : Santa-Fé ; vicariats apostoliques : le Territoire d'Arizona et celui de Colorado (*il faut excepter la partie septentrionale de ce dernier*).

4° Dans le diocèse de VINCENNES (*province de Cincinnati*).

5° Dans la ville de SAINT-LOUIS et à SAINTE-GENEVIÈVE, SAINT-FERDINAND et SAINT-CHARLES, du diocèse de Saint-Louis.

6° En quatre lieux du diocèse d'Alton (*province de Chicago*) : KASKASKA, CAHOKA, FRENCH-VILLAGE et PRAIRIE DU ROCHER.

C. — ENFIN, LA DÉCLARATION DE BENOIT XIV, SUR LES MARIAGES
DES HÉRÉTIQUES OU LES MARIAGES MIXTES EN HOLLANDE, A ÉTÉ
ÉTENDUE :

Aux provinces, diocèses, villes et lieux dans lesquels le décret *Tametsi* est en vigueur, et qui sont désignés ci-dessus, à l'except-

tion de la province de Santa-Fé, c'est-à-dire du diocèse de Santa-Fé et des territoires d'Arizona et de Colorado.

Pourquoi la province de Santa-Fé a-t-elle été exceptée, nous ne le savons pas; mais il ne faut pas oublier que cette province appartenait autrefois au Mexique, et qu'on lui laisse probablement les règles en vigueur avant sa réunion aux États-Unis.

Il est très important de connaître ces distinctions pour juger de la validité des mariages clandestins, et voilà pourquoi nous avons cru devoir les mettre bien en lumière. Nos lecteurs tireront eux-mêmes les conséquences.

III. QUASI-DOMICILE NÉCESSAIRE POUR LE MARIAGE. HABITATION D'UN MOIS.

Une troisième demande des Pères du Concile de Baltimore n'a pas reçu de réponse; le Saint-Siège l'a jugée trop grave et n'a point voulu donner de décision sans un examen plus attentif et de plus mûres réflexions. Les Pères demandaient que l'habitation d'un mois dans un lieu fût déclarée suffisante pour la célébration du mariage suivant les règles de ce lieu, *nulla inquisitione facta de animo manendi per majorem anni partem*. Ils alléguaient, pour motiver cette concession, la difficulté, certainement très réelle et très sérieuse, de constater l'*animus manendi*, et la facilité avec laquelle on peut, en Amérique, si le prêtre catholique refuse son ministère, recourir au magistrat civil ou au ministre hérétique.

Ces deux raisons sont sérieuses; malgré tout, on comprend les hésitations du Saint-Siège. On peut dire que les mêmes motifs se rencontrent en bien des pays, et spécialement en tous ceux où, la loi du Concile de Trente n'étant

pas promulguée, des catholiques ont coutume de se rendre pour éluder les obstacles apportés à leur mariage dans leur pays, par exemple, en Angleterre. D'un autre côté, il semble que ceux qui veulent contracter mariage après un séjour d'un mois en un lieu peuvent être placés en deux catégories bien distinctes. Il y a ceux qui sont de bonne foi, qui ont vraiment quitté leur domicile précédent pour un motif étranger au mariage, et qui se trouvent habiter le lieu depuis un mois pour une raison dont ils peuvent rendre compte en toute franchise; ce ne sont pas ceux-là qui donneront les plus grands embarras, et dont le mariage pourra être plus tard attaqué *ratione clandestinitatis*; du moins, le fait sera-t-il très rare. Il y a ensuite ceux qui quittent leur domicile et viennent habiter ailleurs précisément pour éviter la loi de la clandestinité, ou, suivant une expression que l'on trouve souvent dans les causes agitées devant la S. Congrégation du Concile, *pour pouvoir se marier plus facilement*. Est-il téméraire de dire que, le plus souvent, ceux-là sont poussés par une passion aveugle, qui ne reculent ni devant les justes représentations des parents, ni devant la disproportion du rang ou de la fortune, et que les mariages ainsi contractés *infelices habent exitus*, parce que la passion ne dure pas toujours? Il suffit de parcourir le *Thesaurus Resolutionum S. Congr. Concilii* pour savoir combien d'époux ont lieu de se repentir amèrement d'avoir écouté leur passion, et viennent demander au Saint-Siège de reconnaître la nullité du mariage si légèrement contracté.

On peut penser sans témérité, nous semble-t-il, que ces considérations se seront présentées à la pensée de la S. Congrégation de la Propagande. Accepter la simple habitation d'un mois comme suffisante, en tous les cas, pour le mariage, c'est d'abord abroger, en faveur des États-Unis, la loi générale de l'Église et sa pratique constante, et c'est l'abro-

ger pour des motifs qui, se présentant en bien des pays, ne manqueront pas de provoquer plus d'une demande identique. De plus, c'est rendre plus faciles des mariages auxquels il faudrait plutôt mettre des obstacles. Empruntons ici les termes qu'un Canoniste célèbre a précisément employés sur une question très voisine de celle-ci. L'obligation de contracter au moins un quasi-domicile peut servir beaucoup, suivant l'expression de Benoît XIV, « *ad mala ex similibus matrimoniis* (quæ scilicet extra patriam contrahuntur, atque iis præsertim in locis, ubi lex Tridentina de clandestinitate publicata non fuit) *obvianda*. - Il en serait tout autrement de la mesure proposée, c'est-à-dire, de la réduction à un seul mois du temps nécessaire pour acquérir un quasi-domicile : - *Illa ad unum mensem quasi domicilii reductio* : quippe quæ ea matrimonia, quibus salutare aliquod obstaculum ac remedium apponendum erat, faciliora potius reddidisset, adeoque malis illis gravissimis... non modo non obviasset, verum etiam latiore aditum aperuisset (1). -

Du reste, l'intérêt de cette pièce n'est pas dans ce qui précède; le Saint-Siège donnera sans doute plus tard la décision qu'il jugera plus prudente et meilleure pour le bien. Ce qu'il importe de faire remarquer, c'est que la demande des Pères du Concile et la réponse de la Propagande nous apportent une preuve de plus d'une vérité qui n'est pas encore universellement admise. Un passage du Bref de Benoît XIV, *Paucis abhinc*, adressé à l'Archevêque de Goa, a donné lieu à une interprétation peu exacte, et quelques-uns ont cru y lire que la simple habitation d'un mois peut, en effet, suffire pour la validité d'un mariage. Cette opinion n'est pas exacte; elle est frappée par les décisions du Saint-Siège et la pratique des Congrégations

(1) R. P. Cam. Tarquini, in causa ROMANA *Matrimonii*, 11 januarii 1868.

romaines; mais ces décisions ne sont pas connues de tous, et quelques-uns croient encore pouvoir suivre l'opinion dont il s'agit, ou, du moins, lui accorder quelque probabilité. Une fois de plus, on doit voir qu'il n'en est rien : les Pères du Concile de Baltimore n'eussent point demandé, comme une dérogation à la loi commune, ce qui lui eût été, au contraire, conforme, et le Saint-Siège n'eût point différé sa réponse, si la faveur demandée avait été explicitement résolue dans la lettre de Benoît XIV.



CONSULTATION.

N'y a-t-il pas une décision du Souverain Pontife Pie IX qui met fin à la fameuse dispute théologique : *De tempore recitandi horas canonicas, vel potius inchoandi matutinum vespere anteriori?*

RÉP. — Nous n'en connaissons pas, ou plutôt, les décisions les plus récentes que nous connaissons, et dont l'une est postérieure à Pie IX, supposent bien que la question n'est pas tranchée. Car à cette question : *Quanam hora liceat incipere privatam recitationem Matutini cum Laudibus Vespere diei præcedentis?* la S. Congrégation a répondu le 16 mars 1876 : *Privatam recitationem Matutini cum Laudibus diei subsequenti incipi posse quando sol medium cursum tenet inter meridiem et occasum.* Mais Mgr l'Évêque de Périgueux a demandé depuis : *An prædicta responsio ita intelligenda sit ut ille non satisfaceret obligationi suæ, qui Matutinum cum Laudibus Vespere diei præcedentis recitaret, priusquam sol medium cursum teneret inter meridiem et occasum?* et la réponse, en date du 13 juillet 1883, a été : *Consultantur probati auctores* (1).

(1) Voir ces décisions dans la *Nouvelle Revue Théologique*, xiv, p. 323-324; xv, p. 355-356.

LETTRES APOSTOLIQUES
ÉTABLISSANT LA HIÉRARCHIE ÉPISCOPALE
AUX INDES ORIENTALES.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII
LITTERÆ APOSTOLICÆ
DE HIERARCHIA EPISCOPALI IN INDIIS ORIENTALIBUS INSTITUENDA.



LEO EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Humanæ salutis auctor Jesus Christus, cum nos sanguine suo de servitute redemisset, et in cœlos ad Patrem proxime esset rediturus, iis, quos Apostolos nominavit, alumnis disciplinæ suæ, et testibus rerum quas Ipse fecerat et docuerat, imbuendum cœlesti doctrina mundum commisit. Sanari enim oportebat, consilio gratiaque Dei, omnes homines : nec sanari nisi oblato veritatis lumine potuissent. Illi itaque nobilissimi muneris memores, accepta Spiritus Sancti virtute, in varias orbis partes magno animo abeunt, Evangelii sapientiam quacumque nuntiant, longius etiam progressi, quam quo arma domitoris terrarum populi penetrarant ; ita ut vel ab Ecclesiæ primordiis verissimum illud extiterit, *in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum.*

Apostolici muneris obeundi officium in latissimis Indiæ regio-

nibus Thomæ obtigisse, memoriæ proditum est. Hic sane, uti vetera litterarum monumenta testantur, Christo in cœlos recepto, cum in Æthiopiam, Persidem, Hircaniam, ac demum in peninsulam ultra Indum migrasset, difficillima peregrinatione suscepta, gravissimisque exantlatis laboribus, primus eas gentes christianæ veritatis luce collustravit, redditoque summo animarum Pastori sanguinis sui testimonio, ad sempiterna in cœlis præmia evocatus est.

Exinde Apostolum præclare de ea regione meritum colere India non omnino intermisit : in vetustissimis libris liturgicarum precum aliisque illarum ecclesiarum monumentis Thomæ nomen et laudes celebrari consueverunt, atque insequentibus sæculis, post ipsam errorum luctuosam propagationem, nequaquam est ejus deleta memoria : itemque fides, quam ille disseminarat, tametsi intermortua jacuit, non tamen extincta funditus esse visa est. Quare novis virorum apostolicorum excitata curis, latius manavit, egregiisque florens virtutum exemplis, et martyrum educta sanguine, gentes illas ab immiti feritate revocatas sensim ad humanitatem excoluit. Hac vero ætate christianum nomen tanta apud Indos prosperitate vulgatum est, ut Ecclesiæ filii per universam peninsulam ad sexdecim centena millia feliciter creverint : sacerdotes magno in honore habentur, catholica doctrina in scholis summa cum libertate traditur, jamque certa spes affulget copiosiores ex ea gente manipulos ad Jesum Christum accessuros. Itaque decrevimus firmiore ordine et modo rem Indorum catholicam constituere : ea enim, quantumvis magnum et constans Decessorum Nostrorum extiterit studium, nondum illam adepta est constitutionem ordinatam et stabilem, cujus tanta vis est ad tutandam vitæ christianæ disciplinam, salutemque populis pariendam.

Ut aliquid de præteritorum temporum memoria perbreviter attingamus, inito jam sæculo 14, antiquam fidem, velut ab interitu vindicare conati sunt nobiles ex Franciscana et Dominiciana familia alumni : qui, auctoritate missuque Romanorum Pontificum, ad Indias transgressi, plurimum operæ in sanandis hære-

ticorum opinionibus, abolendaque ethnicorum superstitione posuerunt. Ubi vero expeditior per promontorium Bonæ Spei patuit Europæ gentibus ad oras Indicas transitus, una cum virorum apostolicorum ad cursu salutare crevere fructus. Singularem laudem eo tempore consecuta est Societas Jesu : in primisque ad miraculum excelluit magnus Indiarum apostolus Franciscus Xaverius, qui incredibiles labores perpressus, et maximis periculis terra marique excelso animo superatis, Crucem sacrosanctam iis regionibus quasi triumphator intulit, et ingentem hominum multitudinem ne dum in ora Malabarica, sed et in Coromandelica et in Ceylanensi insula, immo et in remotioribus provinciis usque ad Japonios, multiplici superstitione sublata, ad Jesum Christum adjunxit.

Ad tantam christiani nominis propagationem, præter laboriosas Missionariorum curas plurimum valuit illustrium Portugalliæ et Algarbiorum regum opera : quibus merito contigit, ut ab hac Apostolica Sede perhonorifice collaudarentur, quod *eorum ministerio tam lata orbis terre pars antea ignota Europæ innotuisset : maxime vero quod Ecclesiæ Dei per agnitionem christianæ veritatis aggregaretur* (1).

In provinciis vero, quas vel in ora Malabarica vel in Coromandelica Lusitani obtinuerant, cum latius fides catholica manasset, præcipua Pontificum maximorum cura fuit, sacerdotes ad sacra officia iis in regionibus obeunda undique advocare, aliaque sapienter et utiliter, prasertim quod ad christianorum regimen pertineret, constituere. Aucta vero Lusitanarum possessionum amplitudine, novæ Diœceses in iisdem coloniis constitutæ sunt. In iis eminent Goana, quam Paulus IV archiepiscopalis throni honore et juribus auxit : accedit vero Cochinchinensis et Cranganorensis : item in ora Coromandelica Meliaporensis, quam in urbe Sancti Thomæ Paulus V instituit. Portugalliæ vero atque Algarbiorum regibus, quod rei catholicæ incrementis profuissent, nominatimque Diœceses, quæ commemoratæ sunt,

(1) Leo X, *Summam Nobis Iovitiam*, 1513.

ære suo munifice dotassent, Romani Pontifices grati animi causa jus patronatus in novensiles episcopales Sedes concessere. Quæ quidem cum in veteris ac recentis christianorum societatis utilitatem provide decernerent, spe erigebantur, brevi futurum ut extremi Orientis gentibus lux Evangelii longe lateque affulgeret, quæque ex illa sequuntur beneficia, tamquam abundantissimus annis, in ipsam civilem societatem influerent.

Sed prospere cœptorum cursum fortuna retardavit. Coortis enim bellorum aliorumque casuum procellis, magna clades Ecclesiæ apud Indos succrescenti imminere videbatur. Itaque ne Evangelii interciperetur propagatio, neu in tot hominum millibus sempiterna animorum salus periclitaretur, Romani Pontifices ad regna illa amplissima, præsertim quæ Lusitanis coloniis nequaquam continebantur, providentiam suam transtulerunt, summaque cura studuerunt, quanto plures ex ingenti illa multitudine possent, ad instituta christiana traducere, item munire adjumentis iis quæ ad excolendos animos pertinent, et hæretica pravitate depulsa, in sancta religione retinere.

Quo autem cura difficilior ob immensa locorum intervalla, regionum latitudinem, incommoda itinerum, eo accuratius vel evangelicis operariis deligendis vel Missionum regimini ordinando operam dare magna cum libertate consueverunt. Sæculo xvii et xviii, præsertim opera virorum religiosorum, quos sacra Congregatio christiano nomini propagando ad Indos miserat, plures christianorum communitates coaluere; linguæ earum gentium variæ per Missionarios perceptæ; libri vernaculo populi sermone conscripti; plurimorum animi spiritu catholicæ institutionis imbuti atque in spem cœlestium erecti. — Quibus in rebus nobilitati sunt labores sodalium Carmelitidum, Capulatorum, Barnabitudum, Oratorianorum, qui quidem in iis gentibus ad christiana instituta erudiendis non eodem omnes tempore, sed idem studium collocavere constantiamque parem.

Gubernandis interea fidelibus moderandisque sacrorum operariorum expeditionibus, idoneo Antistitum regimine constituto, provisum est. — Decessores autem Nostri singulari studio in

id in primis animum intendebant, ut apostolici viri doctrinam christianam India tota sancte inviolateque servarent, nec ullo unquam ethnicarum superstitionum vestigio inquinari paterentur. Revera nemo ignorat quam vigilanter incubuerint ad evellenda radicitus vanarum observationum rituumque a fide christiana abhorrentium zizania ab inimico homine disseminata in novellis iis Ecclesiae germinibus, quæ præsertim in regnis Maduræ, Mayssourii et Carnatici adoleverant : item quam provide studuerint, questiones omnes inter regionum illarum Missionarios in re gravissima excitatas pontificia auctoritate dirimere. De quibus ut Clemens XI apprime cognosceret, Carolum Thomam Tournonium Patriarcham Antiochenum cum potestate Legati a latere in Indiis orientalibus Commissarium ac Visitatorem Apostolicum anno 1701 destinavit. Sapientibus Tournonii decretis Clemens XI auctoritatis suæ robur adjecit, eisdemque Innocentius XIII, Benedictus XIII, et Clemens XII, ut quam diligentissime obtemperaretur, graviter sanxerunt. Benedictus vero XIV, edita Constitutione *Omnium sollicitudinum* (1), amotis dubitationum causis additisque opportunis declarationibus, controversiam dimidio fere sæculo acriter agitatum sustulit.

Aliquanto serius, cum de Indiarum bono romani Pontifices plura cogitarent, tranquillitas Ecclesie per Europam turbulentis est afflicta temporibus; quæ tempora vel apud Indos christianæ fidei incrementum prohibuere. Præterea in provinciis peninsulae australibus plaga gravis accessit, auctore tyranno Tipou Sahib, qui catholicum nomen multimodis vexavit. — Quamvis vero post id tempus apostolici viri pro nomine christiano multum et utiliter elaboraverint, tamen Gregorius XVI, rem omnem animo et cogitatione complexus, intellexit et declaravit *regiones illas necessario requirere ut Apostolica Sedes, mutatis temporum adjunctis, religioni in iis periclitanti succurreret, et ecclesiastici regiminis formam ea ratione moderaretur, quæ obtinendæ fidei incolumitati par esset* (2). Statimque ad rem aggress-

(1) Prid. Id. septembr. 1744.

(2) Litt. Apost. *Multa præclare*, die 24 aprilis 1838.

sus, non pauca constituit christianis ex India hominibus salutaria, amplificandæque per eos tractus religioni valde opportuna.

Verumtamen Apostolicæ Sedis curas, utique communis salutis gratia susceptas, multis longe secus interpretantibus, cum funestum illud dissidium deflagravisset quod in majora mala erupturum videbatur, Pius IX cum Petro rege Fidelissimo semel atque iterum egit, ut quædam communi consilio decernerentur quæ tot incommodorum remedium afferrent. Itaque conventio est inita anno 1857 : cujus tamen condiciones quominus perficerentur, variæ difficultates impedimento fuere.

Ubi vero Nos, summa Dei benignitate, Ecclesiæ gubernacula suscepimus, de gravissimo hoc negotio diligentissime cogitantes, auctores fuimus regni Lusitani administris ut ea de re Nobiscum agere, novasque conditiones, quales tempora suasissent, scribere ne recusarent. Quod iis cum placuisset, mentem Nostram consignavimus litteris ad dilectum Filium Nostrum regem Ludovicum missis hoc anno, die 6 Januarii, explorataque ejus æquitate cum concordia studio conjuncta, conventionem rite pepigimus, per quam licuit plura utiliter communi sententia statuere, quæ litteris, uti mos est, mandata sunt (1). In primis vero jus patronatus regum Lusitaniæ æquo modo definitum est : Archiepiscopatus Goanus dignitate Patriarchali ad honorem auctus, ejusdemque cum Diœceses Suffraganeæ designatæ, tum jura cætera constituta. Præterea convenit, ut gubernatores Lusitaniæ singulis Diœcesibus supra dictis censum in tuitionem Canonorum, Cleri, Seminariorum publice assignent : iidem operam suam cum Episcopis conferant ad scholas pueris, domos altrices pupillis comparandas, aliaque pie instituenda, quæ vel christianorum saluti prodesse, vel tollere ethnicorum superstitionem posse videantur.

His de caussis cum animorum concordiam in christianis ex India populis tranquillam ac firmam fore non injuria confidamus, idcirco maturitatem venisse censemus rei catholicæ in universa

(1) Concord. an. 1886.

eis Gangem peninsula constituendæ, ut illæ gentes, ad montem domus Domini præparatum accedentes, stabilis beneque ordinati regiminis beneficia sentiant.

Septentrionalis Indiarum tractus tres excipit Vicariatus, quod antiqua missio Indostana a Gregorio XVI in duas partes anno 1815 divisa (1), et a Nobis his postremis annis tripartita (2), Agræ, Patnæ et Punjabii veluti ecclesiasticas regiones separatas modo complectitur. Prior veteri territorio constat, exceptis partibus alteri assignatis : altera constat regionibus, quæ appellantur Népal, Behar, parva provincia Sikkim, vetus regnum Ayadhya, Bundelkand ; aliisque principatibus finitimis. Tertia vero Punjabensi regione continetur, cui regnum Cashmire deinde additum est.

His subjacet ad Indum Missio Bombayensis, quam Pius IX, anno 1854 bifariam dispertiens, regionem australem, seu Poonensem, a boreali sejunxit. Hæc vero, præter insulas Bombay et Salsette, habet provincias et regna Broack, Ahmedabad, Baroda, Guzerate, Marwar, Catch, Sindhi, Belukistan usque ad Cabul et Punjab ; australis autem regna et provincias Konkan, Kandeish et Dekkan usque ad terminos regnorum Nizam, Maissour et Canara Septentrionalis, exceptis ex utraque territoriis et provinciis Archidiœcesi Goanensi nec non Archidiœcesi Damanensi seu Cranganoris nuper assignatis. Subsequuntur per oram Canarensem et Malabaricam, præter Archidiœcesim Goanam, Vicariatus tres inter montes Ghates et mare occiduum siti, nempe Mangalorensis, anno 1853, a Verapolitano seu Malabarico separatus (3), per provinciam Canaræ ad flumen Ponany ; Verapolitanus, ab eo flumine ad terminos Diœcesis Cochinesis nuper a Nobis restitutæ ; et Quilonensis, ab ejusdem Diœcesis finibus ad meridiem situs ad promontorium Comorinum usque pertingens, exceptis parœciis Diœcesi Cochinesi assignatis.

(1) Litt. Apost. *Pastoralis officii*, die 7 febr. 1815.

(2) Litt. Apost. *Intendentes*, 30 sept. 1880.

(3) Litt. Apost. *Ex debito*, 15 mart. 1853.

Ad plagam peninsulæ orientalem decem pertinent Missiones. In sinu Bengalico tres ad ostia fluminis Ganges : nimirum Vicariatus occidentalis in Calcuttæ urbe constitutus, et orientalis, ambo anno 1850 ab unico Bengalensi derivati (1). Qui autem ad jurisdictionem Episcopi Meliaporensis pertinere dicti sunt, ex numero subditorum utriusque Vicariatus excipiendi. His accedit in centro provinciæ civilis Bengalensis Præfectura Apostolica anno 1855 erecta. Finitima est Vicariatui occidentali Bengalico missio vastissima de Vizagapatam nuncupata, quæ universum territorium inter fines Vicariatus Bombayensis et mare Bengalicum usque ad flumen Godavery ad austrum comprehendit, et anno 1850 a Madraspatana divisa est (2). Hyderabadensis proxima missio per regnum Nizam et provinciam Masulipatam ad flumen Krichna protenditur, quam a Gregorio XVI designatam, Pius IX, anno 1851 (3), ad dignitatem Vicariatus evexit.

In ora Coromandelica præcipua extat Madraspatana civitas quæ ab anno 1834 Vicarium Apostolicum obtinuit, cujus jurisdictio a flumine Krichna ad Palar inter fines missionis Bombayensis et mare extenditur, eo prærepto tractu qui nuper a Nobis Meliaporensi diœcesi assignatus est. Ad australes vero ejus fines antiquus Vicariatus oræ Coromandelicæ in tres quoque missiones anno 1850 divisus fuit (4), nempe Pondicherianam inter flumen Palar ad septentrionem et flumen Cavery ad meridiem : Mayssourensem ad regionem occiduam, hujus nominis regnum et provincias Coorg, Collegal, et partem Winaad et Salem complectens : demum Coimbatourensem quæ inter Missiones Verapolitanam, Mangaloreensem et Maduræ ad orientem montium Ghates continetur. Extrema jacet ad austrum peninsulæ magna Madurensis Missio, quæ mari Coromandelico, montibus Ghates et fluminibus Cavery et Vettar clauditur, iis sublatis regionibus et locis quæ Episcopo Meliaporensi tribuimus : eam-

(1) Litt. Apost. *Exponendum Nobis*, 15 febr. 1850.

(2) Litt. Apost. *Ex pastoralis officio muneris*, 3 aprilis 1850.

(3) Litt. Apost. *Ad universalis Ecclesie*, 20 maii 1851.

(4) Litt. Apost. *Pastorale Ministerium*, 3 april. 1850.

que anno 1846, paucis ante obitum diebus, Gregorius XVI in Vicariatum constituit (1).

Ceylanensis vero insula in triplicem Vicariatum distinguitur, Columbensem, Jaffnensem, et Kandyensem : quorum priores ex unico antea extante, assignatis alteri provinciis occidentali et meridionali, alteri vero reliquis insulæ territoriis, anno 1849 (2) a Pio IX erecti sunt : tertius a Nobis, anno 1883 (3), separato ex primis in centro insulæ territorio constitutus est.

Cum igitur in universis Indiæ missionibus, quas commemoravimus, Evangelicorum nuntiorum studio et laboribus, eo jam res christiana provecta sit, ut non modo Salvatoris Nostri nomen summa cum libertate invocetur, sed Ecclesiæ plures numerentur, eædemque multis sapienter et utiliter institutis floreant, Nos quidem primum omnium Deo optimo maximo pro parta catholico nomini prosperitate singulares gratias et agimus et habemus. Deinde vero quod Decessoribus Nostris diu in optatis fuit, ut ecclesiastica hierarchia in India atque in insula Ceylanensi constitueretur, id Nos ad efficiendum aggredimur. Quo facto consequutura bona, Deo juvante, confidimus non pauca nec exigua, nominatim concordiæ caritatisque incrementum, similitudinem et firmitatem disciplinæ, populorum cum Episcopis maximeque cum romano Pontifice stabiliorem conjunctionem, expeditiorem catholici nominis propagationem una cum ampliore virtutum christianarum cultu.

Itaque rogata, ut negotii gravitas postulabat, Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium sacro consilio christiano nomini propagando præpositorum sententia, fuis in humilitate cordis Nostri ad omnipotentem Deum precibus, implorataque ope Immaculatæ Dei Matris, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, sanctorum Thomæ Apostoli ac Francisci Xaverii, qui eas gentes sicut olim ad Evangelii lucem traduxere, ita nunc patrocinio cœlesti tuentur ac tegunt; motu proprio, certa scien-

(1) Litt. Apost. *Exponendum nobis*, 19 maii 1846.

(2) Litt. Apost. *Exponendum nobis*, 13 april. 1849.

(3) Litt. Apost. *Quo satius*, 20 april. 1883.

tia ac matura deliberatione Nostra, de Apostolicæ potestatis plenitudine, ad majorem divini nominis gloriam fideique catholicæ incrementum, harnum Litterarum auctoritate, in universis Indiæ orientalis Missionibus Episcopalem hierarchiam ad canonicarum legum præscripta instituimus.

Porro Decessorum Nostrorum vestigiis inhærentes, qui primum Archidiœcesim Goanam eique suffraganeas sedes Cochinnensem, Meliaporensem et Cranganorensem erexerunt, easdem juxta eam rationem quæ in recenti conventionem cum illustri Portugalliæ et Algarbiorum rege Fidelissimo inita significatur, confirmamus et in unam ecclesiasticam provinciam iterum coalescere volumus.

Præterea omnes totius peninsulæ atque insulæ Ceylan Vicariatus Apostolicos, uti a Nobis supra descripti sunt, nec non Præfecturam in centro Bengalicæ provinciæ sitam, in Episcopales Ecclesias, auctoritate Nostra Apostolica, tenore præsentium erigimus et constituimus. Ex novarum vero Diœcesium numero quæ sequuntur, nempe Ecclesiam Agraensem, Bombayensem, Verapolitanam, Calcuttensem, Madraspatanam, Pondicherianam et Colombensem ad archiepiscopalis dignitatis honorem evehimus. Quod autem pertinet ad provinciales seu suffraganeas ecclesias designandas, integrum Nobis erit quod magis expedire videatur statuere.

Archiepiscopi vero et Episcopi de suarum singuli Ecclesiarum statu, justis temporibus, ad Nostram Congregationem de Propaganda Fide referant : quæ peculiarem de iis regionibus curam, uti hactenus gessit, ita in posterum geret, cognoscetque de iis omnibus quæ sacrorum Antistites muneris sui causa proposuerint.

Archiepiscopus vero Goanensis ejusque Suffraganei Episcopi de statu ecclesiarum ad sacram Congregationem negotiis Ecclesiæ extraordinariis pertractandis referant. Iidem summa cura studeant res pie atque utiliter juxta memoratam conventionem instituere, fidemque catholicam in finibus jurisdictionis quisque suæ omni ratione tueri et amplificare.

Universis vero Indiæ Episcopis integrum erit sensim ea decernere, quæ ad inducendum commune jus, prout tempora siverint, conferre queant, quæque ex generali Ecclesiæ disciplina Episcoporum auctoritati permessa sunt. Nostræ autem et hujus Apostolicæ Sedis partes erunt, Episcopis in perfunctione munerum suorum opera, auctoritate, consilio adesse, et quæcumque ad animarum salutem utilia et opportuna videantur, omni qua fieri poterit ratione adjuvare.

Reliquum est ut Clerus populusque universus, id quod vehementer hortamur, retineant voluntatum concordiam, inviolate servent caritatem, Episcopis atque in primis huic Apostolicæ Sedi libentes atque alacres in omni vita pareant, virtutibusque christianis ita se ornatos atque auctos impertiant, ut qui adhuc a veritate misere deerrant, eos ipsi vel exemplo suo vocent ad admirabile Christi lumen et regnum.

Decernimus tandem has Nostras litteras nullo unquam tempore de subreptionis aut obreptionis vitio, sive intentionis Nostræ alioque quovis defectu notari vel impugnari posse, et semper validas ac firmas fore, suosque effectus in omnibus obtinere, ac inviolabiliter observari debere, non obstantibus Apostolicis atque in Synodalibus, Provincialibus et universalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus sanctionibus, cæterisque contrariis quibuscumque, peculiari etiam mentione dignis : quibus omnibus, quatenus supra dictis obstant, expresse derogamus. Irritum quoque et inane decernimus si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem ut harum litterarum exemplis etiam impressis, manuque publici Notarii subscriptis et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum sue sigillo munitis, eadem habeatur fides, quæ Nostræ voluntatis significationi ipso hoc diplomate ostenso haberetur.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostræ erectionis, constitutionis, institutionis, restitutionis, dismembrationis, suppressionis, adsignationis, adjectionis, attributionis, decreti, mandati ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hæc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum Ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo octogesimo sexto, Calendis Septembribus, Pontificatus Nostri Nono.

C. CARD. SACCONI, PRO-DATARIUS.

M. CARD. LEDOCHOWSKI.

I. CUGNONIUS, *Secret.*



LETTRE ENCYCLIQUE AUX ÉVÊQUES
DE PORTUGAL.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII

EPISTOLA ENCYCLICA AD EPISCOPOS LUSITANÆ



Venerabilibus Fratribus Patriarchæ Lisbonensi, Archiepiscopis et Episcopis universis in regione Lusitana,

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES,

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Pergrata Nobis accidit communis epistola vestra, quam superiore mense accepimus, quæque illud maxime testabatur, vos civesque vestros libentibus animis cognovisse novissima Apostolicæ Sedis cum regno Lusitano pacta conventa, de iisque lætari, velut de re bene gesta ac bono publico non minimum profutura. — Omnino, quod vos perspexistis, illud Nobis fuit in universo hoc negotio propositum, ut ea ad dignitatem imperii conservaretur, quæ regibus vestris de catholico nomine meritis Pontifices romani contulerant, unaque meliori constitutioni commodisque rei Indorum christianæ consulerunt. Quod quidem propositum

partim videmur consecuti, partim confidimus Dei munere beneficioque consecuturos. — Quamobrem intuentibus animo optatissimum, de quo loquimur, eventum, prospicere licet in posterum, nec ominari solum, sed plane spem certam concipere, futurum ut christianum nomen in Lusitania vestra ad communium rerum salutem florere pergat, et majora in dies incrementa capiat.

Cui spei ut ad plenum respondeat exitus, Nos profecto primi omnium, ita Deus adsit propitius, dabimus operam. Plurimum vero adjumenti in prudentia vigilantiaque vestra episcopali, in solertia et virtute Cleri, in voluntate populi Lusitani, sine ulla dubitatione reperiemus. Immo in caussa tam nobili tamque fructuosa nec partes desiderabuntur virorum qui rem publicam gerunt : de quibus minime dubitamus, quin Nobis sapientiam et æquitatem suam, sicut nuperrime probavere, ita probare reliquo tempore velint : multo magis quod catholicæ fidei studium beneque de Ecclesia merendi consuetudo non est apud Lusitanos inusitata aut recens, sed pervetus diuque celebrata.

Etenim quamquam est Lusitania velut ad extremitatem sita peninsulæ Ibericæ, eademque angustioribus limitibus circumscribitur, tamen reges vestri, quæ laus est non exigua, imperii fines in Africam, in Asiam, in Oceaniam protulerunt, ut ex ipsis præstantioribus gentibus nulli Lusitania cederet, multas antecelleret. — Sed virtutem horum inceptorum magnitudini parem unde putandi sunt quæsisisse? Scilicet si recte dijudicari velit, ex amore sensuque religionis. In iis enim ad ignotas et barbaras gentes laboriosis periculosisque expeditionibus, sic animo affectos constat plerumque fuisse, ut Christo Domino prius inservirent, quam vel utilitati vel gloriæ, serendi christiani nominis, quam propagandi imperii sui cupidiores. Una cum expressa imagine vulnerum Jesu Christi, quod erat populare gentis vexillum, præferre majores vestri Crucem sacrosanctam in triremibus, in acie, venerabundi simul ac fidentes consueverant, ut non tam armorum quam Crucis ipsius præsidio nobiles victorias, quarum gloria permansit, videantur adepti.

Quæ pietas tunc maxime enituit, cum Lusitaniæ reges viros

apostolicos ex exteris quoque gentibus arcessitos studiose conquirebant, Francisci Xaverii vestigiis ingressuros, eosdem non semel a romanis Pontificibus Nuntiorum Apostolicorum auctos potestate. Singularis hæc fuit nec unquam interitura majorum vestrorum laus, quod in remotissimas gentes fidei christianæ lumen principes invexerint, eoque insigni beneficio Sedem quoque Apostolicam sibi egregie demeruerint. Nec unquam sane Decesores Nostri destiterunt, quominus grati animi significationes genti vestræ exhiberent; ejus rei præclarum sunt argumentum decora singularia in reges collata. Ad Nos quod spectat, quoties reputamus quam magna gesserit populus non ita magnus, gestit animus exemplum a Lusitanis petere, quanta vis religionis pietatisque sit : simulque Nostra vehementius excitatur mixta admiratione benevolentia. Ita sane : paternam vobis caritatem vel nuperrime re videmur probavisse : quandoquidem in componenda de rebus Indiæ orientalis controversia, Nos quidem, quantum officii Nostri ratio patiebatur, liberaliter cum Lusitania egimus atque indulgenter. Quoniamque rectum est parem voluntatem accipere et reddere, idcirco plurimum de studio facilitateque gubernatorum rei publicæ Nobismetipsis pollicemur. Fore nimirum confidimus, non solum ut curam summam de iis adhibeant, quæ pacta sunt, sed operam Nobiscum pariter ac vobiscum libentes conferant ad ea, quæ istic Ecclesia accepit, detrimenta sarcienda.

Sunt hæc sane haud levia, præsertim si conditio spectetur Cleri vestri, et Ordinum religiosorum : quorum clades non in Ecclesiam solum, sed in ipsam civitatem redundavit, quæ sibi sensit ereptos adjutores prudentes et strenuos, quorum opera informandis populi moribus, instituendæ juventuti, ipsis etiam coloniis ad christiana instituta fingendis, non mediocri usui esse potuisset, hodie maxime, cum tam late patentem sacris expeditionibus campum in Africa interiore videamus.

Quod si ad ipsas malorum origines animum advertamus, impietatis libidinem, quæ superiore sæculo tantopere invaluit, neque unicam neque præcipuam causam arbitramur fuisse. Pervasit illa

quidem, velut contagione morbi, vestrorum etiam animos, incur-
 suque suo graves ruinas traxit : nihilominus non ii videntur longe
 a vero discedere qui majorem perniciem censent allatam a poli-
 ticarum partium factionibus, intestinis discordiis, popularium
 seditionum procellis. Etenim religionis laudem et antiquam
 Lusitanorum erga romanum Pontificatum fidem nulla vis extin-
 guere, nullæ artes labefactare potuerunt. In mediis etiam vestræ
 reipublicæ tempestatibus, populi semper iudicium fuit, fœdus con-
 cordiamque regnorum cum Ecclesia maximum esse principium,
 quo christianas regi oporteat civitates : eamque ob causam san-
 ctum religiosæ unitatis vinculum non modo permansit incolume,
 sed præbuit, auctoritate nutuque legum, constitutioni politicæ
 fundamentum. Quæ sane lætabilia et ad commemorandum
 jucunda, ostendunt rei catholicæ statum, idoneis remediis adhi-
 bitis, non difficulter fieri posse longe meliorem. Vigent enim bona
 semina ; quæ si constantia animorum concordiaque voluntatum
 adoleverint, optatorum fructuum copiam submittent.

Hi vero qui cum imperio præsent, quorum tam necessaria est
 opera ad Ecclesiæ incommoda sananda, facile intelligent, quem-
 admodum Lusitanum nomen ad tantum gloriæ fastigium catho-
 licæ religionis virtute beneficioque pervenit, ita unam esse viam
 tollendis malorum causis expeditam, si ejusdem religionis ductu
 auspiciisque res publica constanter administratur. Quo facto, cum
 ingenio, cum moribus, cum voluntate populi futura est gubernatio
 rei publicæ congruens. Continet enim catholica professio publicam
 regni Lusitani legitimamque religionem ; proptereaque omnino
 consentaneum est tutela legum ac magistratum potestate esse
 defensam, præsidiisque omnibus ad incolumitatem, ad perennita-
 tem, ad decus, publice munitam. Politicæ perinde atque eccle-
 siasticæ potestati sua legitime constet et libertas et actio,
 omnibusque sit persuasum, quod res ipsa quotidiano experimento
 confirmat, tantum abesse ut invidiosa æmulatione adversetur
 Ecclesia potestati civili, ut huic plurima et maxima ad salutem
 civium tranquillitatemque publicam adjumenta suppeditet.

Ex altera parte ii qui sacra auctoritate pollent, quæcumque pro

munere suo acturi sunt, sic agant ut ipsis plane fidere se posse ac debere rectores civitatis intelligant, nec ullam sibi oblatam causam putent retinendarum fortasse legum, quas interest Ecclesiæ non retineri. Susplicandi, diffidendi locum plerumque præbet politicarum concertatio partium : idque vos satis experiendo cognovistis. Profecto catholicorum hominum et nominatim Clericorum primum maximumque officium est, nihil unquam nec re suscipere, nec opinione profiteri, quod ab obsequio fideve Ecclesiæ dissentiat, aut cum conservatione jurium ejus consistere non possit. Quamvis autem fas cuique sit suum de rebus mere politicis judicium, modo ne religioni justitiæque repugnet, honeste legitimeque tueri, tamen videtis, Venerabiles Fratres, perniciosum errorem eorum, si qui sunt, qui rem sacram remque civilem non satis secernant, religionisque nomen ad politicarum partium trahant patrocinium.

Igitur prudentia ac moderatione adhibita, non solum nullus erit suspicionibus locus, verum etiam firmiter consistet illa catholicorum vehementer a Nobis expetita consensus. Quæ si antea difficilior ad impetrandum fuit, ea de causa fuit, quod nimis multi plus forsitan, quam par esset, tenaces sententiæ suæ, nihil unquam nullaque ratione a studio partium suarum recedendum putaverunt. Quæ quidem studia tametsi intra certos fines improbari nequeant, adeptionem tamen supremæ illius atque optatissimæ conjunctionis valde impediunt.

Vestrum itaque erit, Venerabiles Fratres, omnem industriæ diligentiaque vim illuc intendere ut, prudenter amotis quæcumque obstare videantur, salutarem concordiam animorum concilietis. Idque commodius ex sententia succedet, si in re tanti momenti non disjuncte, sed collatis in unum curis, manum operi admo-veritis. Quamobrem opportuna in primis videtur communicatio et societas consiliorum inter vos, ut agendi ratio similis existat. Quinam vero consiliorum delectus sit habendus, quid proposito conducat aptius, haud ægre dispicietis si vobis ob oculos veluti normam proposueritis quæ identidem ab Apostolica Sede de hujusmodi negotiis declarata ac præscripta sunt, maxime vero

litteras Nostras Encyclicas de constitutione christiana reipublicæ.

Cæterum non omnia singulatim persequemur quæ idoneum remedium desiderant, præsertim cum ea sint exploratiora vobis, Venerabiles Fratres, quos incommodorum vis proxime et præ cæteris urget. Similiter nec ea enumerabimus, quæ tempestivam civilis potestatis operam postulant, ut rei catholicæ, quo modo æquum est, consulatur. Cum enim nec de paterno animo Nostro, nec de vestro legibus civilibus obsequio dubitare queant, rectum est confidere, fore ut gubernatores civitatis justo pretio æstiment propensionem Nostræ itemque vestræ voluntatis, Ecclesiamque, multis caussis afflictam, in libertatis dignitatisque debitum gradum restituendam eurent. Nos autem, quod est partium Nostrarum, paratissimo semper animo futuri sumus agere communique consensu statuere de negotiis ecclesiasticis quod maxime opportunum videatur, honestas et æquas condiciones libenter accepturi.

Quædam alioqui sunt, eaque non parvi momenti, quibus nominatim debet industria vestra, Venerabiles Fratres, mederi. Ejusmodi in primis est paucitas sacerdotum, ex eo maxime profecta, quod pluribus locis, nec brevi annorum intervallo, vel ipsa Seminaria alumnis sacrorum instituendis desiderata sunt. Hac de caussa sæpe vel christianæ institutioni multitudinis, vel sacramentorum administrationi vix ægreque consultum. Nunc vero, quoniam divinæ Providentiæ beneficio in Diœcesibus singulis sua sunt Clericorum seminaria, et ubi nondum restituta sunt, brevi, uti speramus et cupimus, restituentur, supplendi collegia sacerdotum in promptu est ratio, si modo disciplina alumnorum ea, qua decet, ratione constituta sit. Quam ad rem plane confidimus cognita Nobis prudentia sapientiaque vestra : sed tamen ne consilium Nostrum in hoc genere desideretis, dicta vobismetipsis putatote, quæ ad venerabiles fratres Hungariæ Episcopos paulo ante in caussa simili perscripsimus :

- Omnino in instituendis clericis sunt duæ res necessariae, doctrina ad cultum mentis, virtus ad perfectionem animi. Ad eas humanitatis artes, quibus adolescens ætas informari solet, adjungendæ disciplinæ sacræ et canonicæ, cauto, ut earum doctrina

rerum sana sit, usquequaque incorrupta, cum Ecclesiae documentis penitus consentiens, hisque maxime temporibus, vi et ubertate præstans, *ut potens sit exhortari.... et eos, qui contradicunt, arguere*. Vitæ sanctitas, qua dempta, inflat scientia, non ædificat, complectitur non solum probos honestosque mores, sed eum quoque virtutum sacerdotalium chorum, unde illa existit, quæ efficit sacerdotes bonos, similitudo Jesu Christi, summi et æterni sacerdotis... In iis (seminariis) maxime evigilent curæ et cogitationes vestræ : efficite ut litteris disciplinisque tradendis lecti viri præficiantur, in quibus doctrinæ sanitas cum innocentia morum conjuncta sit, ut in re tanti momenti eis confidere jure optimo possitis. Rectores disciplinæ, magistros pietatis eligite prudentia, consilio, rerum usu præ cæteris commendatos : communisque vitæ ratio, auctoritate vestra, sic temperetur, ut non modo nihil unquam alumni offendant pietatis contrarium, sed abundant adjumentis omnibus quibus alitur pietas : aptisque exercitationibus incitentur ad sacerdotalium virtutum quotidianos progressus. -

Deinde vero vigilantia vestra debet maxima et singularis esse in presbyteros, ut quo minor est operariorum numerus, eo sese impertiant in excolenda vinea Domini alacriores. Illud ex Evangelio *mensis quidem multa* vere de vobis usurpari videtur posse, propterea quod religiosam institutionem semper Lusitani homines adamare consueverunt, eandemque cupide et libenter excipiunt, si in sacerdotibus, magistris suis, ornamenta virtutum doctrinæque laudem inesse perspexerint. Itaque mirum quantum profutura Cleri est opera in erudiendis popularibus suis, maxime adolescentibus, digne studioseque posita. Sed ad pariendum alendumque in hominibus amorem virtutis, exploratum est valere maxime exempla : proptereaque curent, quotquot in muneribus sacerdotalibus versantur, non solum ne quid in ipsis deprehendatur ab officio institutoque ordinis sui dissentiens, sed ut morum vitæque sanctitate emineant, *tanquam lucerna super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt*.

Tertium denique genus, in quo curas vestras oportet assidue

versari, earum rerum est quæ, mandatæ litteris, in singulos dies, aut statis temporibus in lucem prodire solent. Nostis tempora, Venerabiles Fratres : ex altera parte rapiuntur homines inexplebili cupiditate legendi; ex altera ingens prave scriptorum colluvio licenter effunditur : quibus caussis vix dici potest quanta labes honestati morum, quanta religionis incolumitati quotidie ruina impendat. Itaque hortando, monendo, omni qua potestis ope et ratione perseverate, ut facitis, ab istiusmodi corruptis fontibus homines revocare, ad salubres haustus adducere. Plurimum juverit, si cura ductuque vestro diaria publicentur, quæ malis venenis undecumque oblati opportune medeantur, suscepto veritatis, religionis patrocinio. Et quod ad eos pertinet qui scribendi artem cum amore studioque rei catholicæ honestissimo sanctissimoque proposito conjungunt, si labores suos vere volunt esse fructuosos et usquequaque laudabiles, constanter meminerint quid ab iis requiratur, qui pro causa optima dimicant. Scilicet in scribendo summa cum cura adhibeant necesse est moderationem, prudentiam, maximeque eam, quæ vel mater vel comes est virtutum reliquarum, caritatem. Fraternalæ vero caritati videtis quam sit contraria suspicandi levitas, criminandi temeritas. Ex quo intelligitur, vitiose et injuste facturos, qui favent uni parti politicæ, si crimen suspectæ fidei catholicæ aliis inferre non dubitent, hac una de causa quod sunt ex altera parte, perinde ac catholicæ professionis laus cum his illisve partibus politicis necessitate copuletur.

Hæc, quæ hactenus vel monuimus vel præcepimus, auctoritati vestræ commendata sint; quam quidem vereri, et cui subesse necesse est universos, quibus præestis, præcipue vero sacerdotes, qui in omni vita cum privata, tum publica, sive in muneribus sacri ordinis versentur, sive magisterium in Lyceis exercent, in Episcoporum potestate esse unquam desinunt; iidemque quemadmodum ad omne decus virtutis, ita ad obtemperatorem et obsequium, quod auctoritati episcopali tribuere oportet, debent vel exemplo suo vocare cæteros.

Quo autem omnia ex voto ac prospere cedant, cælestem opem

depreceatur; in primisque perennem illum divinæ gratiæ fontem adreamus, Cor sanctissimum Salvatoris nostri Jesu Christi, cujus viget apud vos religio præcipua et vetus. Patrocinia imploremus Immaculatæ Dei Genitricis Mariæ, cujus singulari tutela Lusitanum regnum gloriatur; item Elisabethæ vestræ, feminarum regiarum sanctissimæ, sanctorumque martyrum, qui vel a primis Ecclesiæ temporibus profuso sanguine rem christianam in Lusitania constituerunt vel auxerunt.

Interea testem benevolentiæ Nostræ et cælestium donorum auspiciem, Benedictionem Apostolicam vobis et Clero populoque vestro universo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die 14 Septembris An. 1886.
Pontificatus Nostri Nono.

LEO PP. XIII.



L'ABSOLUTION DES CAS RÉSERVÉS
ET LE DÉCRET DE LA S. INQUISITION
DU 30 JUIN 1886.

La *Revue* a publié ce Décret (1); elle a ajouté une note pour rappeler l'état de la question et avertir ses lecteurs de modifier l'enseignement contraire. Peu après, nous avons reçu une consultation sur l'absolution *in mortis articulo* d'une censure réservée au Saint-Siège, et sur l'obligation qui doit être imposée au malade en cas de guérison. Nous avons déjà écrit notre réponse, quand d'autres consultations sont arrivées; on demande la solution de divers cas, ou l'explication et la raison de plusieurs passages du Décret. Nous croyons qu'il vaut mieux renoncer à répondre séparément à ces diverses consultations; nous nous ferons mieux comprendre en résumant en quelques lignes les règles à suivre dans la pratique, et en donnant à la suite les explications nécessaires.

ABSOLUTIO RESERVATORUM S. SEDI IN MORTIS ARTICULO.

PRIMA REGULA. — *In articulo seu gravi periculo mortis, ne hac occasione aliquis pereat, nulla est reservatio; ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes a quibusvis peccatis et censuris absolvere possunt.*

NOTE. — Ita Concilium Tridentinum, *sess. XII, cap. VII*. Diximus autem : 1° *In articulo seu gravi periculo mortis,*

(1) Plus haut, page 377-379.

quia theologi communiter sic intelligunt Tridentinum (1). Et hoc mortis articulum seu periculum interpretantur de militibus qui prælium parant, de iis qui longam navigationem suscipiunt, qui periculoso morbo laborant, vel de quibus probabiliter timetur ne in amentiam incidant; item de mulieribus in difficili partu, etc.

2° *Omnes sacerdotes*. An simplex sacerdos, præsentè approbato, item an simplex confessarius, præsentè approbato ad casum, absolvere possit, an ad id requiratur gravis causa, dissentiunt theologi : vide S. Ligorium, lib. vi, n. 553, *dubit 1^o*, 562 et 565 : Gury-Ballerini, n. 579, not. *a*, aliosque. Relicta controversia, certissime dicendum, quoties pœnitenti ad sanitatem restituto imponendum est onus coram Summo Pontifice comparendi, *expedire* ut res statim componatur, adeundo confessarium indulto munitum, si adsit.

3° *A quibusvis... censuris* : non pauci tamen excipiunt suspensionem, quia Tridentinum reservationem cessare in mortis articulo declarat, *ne hac occasione aliquis pereat* ; atqui suspensionem ante mortem tolli non est necesse ad salutem (2).

SECUNDA REGULA. — Qui in mortis articulo a censura Summo Pontifici reservata per Sacerdotem facultate speciali non pollentem absolutus fuerit, tenebitur, si convalescit, coram Summo Pontifice comparere, vel ejus Delegatum adire, vel saltem per litteras ad S. Pœnitentiarium recurrere, ejusque stare mandatis ; quod si facere *contempserit*, *in eandem censuram ipso jure recidet*.

NOTE. — Sequitur ex Decreto 30 junii 1886, et ex cap. *Eos qui*, de Sententia excommunicationis, in vi. Nam onus comparendi coram reservante, si periculum mortis vel impedimentum ipsum adeundi cessavit, imponebat dictum caput *Eos qui* ; verum obligationem hanc, præsertim post Constitutionem *Apostolicæ*

(1) Vid. S. Lig. lib. vi, n. 561, et alios passim.

(2) Gury, n. 997, et alios.

Sedis, sublatam esse non pauci contendebant, seu potius limitatam ad absolutionem in mortis articulo acceptam ab excommunicatione aliqua Summo Pontifici speciali modo reservata vel a censura ob percussorem clericum. Jamvero, ex Decreto 30 junii labentis anni, hi audiendi non sunt, cum præcitatum Decretum reincidentiam incurrere statuatur omnes qui ad S. Sedem recurrere neglexerint, post absolutionem cujuscunque censuræ Summo Pontifici reservatæ, a confessario absque legitima facultate impertitam. Neque enim S. Inquisitio in hoc novam legem condere intendit, sed capitulum *Eos qui* dispositionem applicare; ipsum proinde in suo robore permanere concludendum est (1).

Cum autem dicimus pœnitentem teneri ad comparandum coram Summo Pontifice *vel ejus Delegato*, per Delegatum intelligimus vel Episcopum vel confessarium indulto munitum, ut per se satis liquet.

TERTIA REGULA. — Qui a casu Summo Pontifici sine censura reservato in mortis articulo per quemcumque sacerdotem absolutus est, non tenetur, postquam convaluit, ad S. Sedem recurrere.

NOTA. — Ratio est, quia hæc obligatio nullo jure imponitur (2), neque circa hoc quidquam ex Decreto 30 junii 1886 decernitur.

ABSOLUTIO RESERVATORUM S. SEDI EXTRA MORTIS ARTICULUM.

PRIMA REGULA. — Extra mortis articulum, reservatio S. Sedi *in omnes* vim suam regulariter exerit; ideoque habentes casum vel censuram Summo Pontifici vel simpliciter vel speciali modo reservatam ipsum adire debent, saltem

(1) Cf. *Supplementum ad Elenchum censurarum et casuum reservatorum in diœcesi Arenionensi*. (*Nouv. Revue Théol.*, xvii, pag. 211).

(2) S. Lig., lib. vi, n. 91, et alii communiter.

per litteras, nullusque alius potest *tuto* eos absolvere, præterquam in casibus sequentibus :

1° Immuta manet Episcopis facultas per Tridentinum concessa et in Constitutione *Apostolica Sedis* expresse inserta, per se vel per alios absolvendi a censuris occultis Summo Pontifici simpliciter reservatis.

2° Quoties instat vere urgens periculum gravis scandali vel infamiæ, potest quilibet confessarius absolvere, injunctis injungendis, a quibuscumque censuris Summo Pontifici etiam speciali modo reservatis, sub conditione infra (*in secunda regula*) exprimenda.

3° In eodem infamiæ vel scandali periculo, vel si urgeat præceptum communionis aut celebrationis missæ, vel demum quoties alias pœnitens diutius remaneret in statu peccati mortalis, potest confessarius speciali facultate non gaudens pœnitentem, qui lapsus est in casum Summo Pontifici absque censura reservatum, *directe* a non reservatis absolvere, et reservata *indirecte* cum eis remittentur. Quod tamen modo infra (*in 3 regula*) exponendo intelligendum est.

4° Non est alia concessio generalis jure expressa, quæ tuto in praxim deduci possit. Restant indulta quæ S. Sedes quandoque, sive Episcopis, sive etiam simplicibus sacerdotibus. v. g. Parochis, Missionariis, etc., concedit, quorum limites atque clausulas indultarius quisque sedulo perpendat.

NOTÆ. — Ita jus commune ac Decretum 30 junii 1886.

Si autem quæras quænam immutatio ex Decreto prædicto sequatur, illa est, nempe quod olim *communis, probabilior ac tuta* reputabatur (1) opinio, juxta quam impediti personaliter adire Summum Pontificem, ad ipsum per litteras recurrere non teneri et posse absolvi ab Episcopo, sive per se sive per delega-

(1) Vid. S. Lig. lib. vi, n. 89; Gury-Ballerini, *de Pœnit.*, n. 575, not. a. et alios.

tos, imo et a quocumque Confessario dicebantur. Neque quoad tempora præterita, v. g. S. Ligorii, vel etiam recentiora, contradicit Decretum S. Inquisitionis; verum, quoad tempora nostra, asserit sententiam illam *teneri tuto adhuc non posse*.

Et ulterius poscenti quomodo sententia, *quæ tuta fuit, non tuta* nunc dicatur, breviter respondemus: *Propter mutationem circumstantiarum*, qua fit aliquando ut lex inutilis vel nociva evadat, vel cesset ejus causa finalis. Id in casu plures auctores innuebant; sic Lehmkühl, dum recenset quinam, juxta S. Alphonsum, censeantur impediti quominus Romanum Pontificem adeant, merito advertit: - Propter mutatas condiciones itinerandi non plane eadem impedimenta pro justa causa haberi posse, quæ justa censebantur prioribus illis temporibus (1). - Item alius dixit: - Vu la facilité d'écrire à la S. Pénitencerie, ou de s'adresser à un confesseur muni de la faculté d'absoudre, ne pourrait-on pas dire que la difficulté ou l'impossibilité de faire le voyage de Rome n'est pas aujourd'hui une raison suffisante... (2)? - Hinc qui Commentarium Claromontanum in Const. *Apostolicæ Sedis* recognovit, scribebat: - Cæterum, inspecta praxi S. Sedis actuali, juxta quam sublatum est onus Romam adeundi, ita ut absolutio... possit peti et obtineri etiam per epistolam, cessat ratio in qua fundatur sententia (3). - Illud ipsum quod hoc ultima citatione continetur, auctoritative jam die 30 junii edixit S. Inquisitio; hincque edocemur in quo consistat *praxis* illa *S. Pœnitentiariæ Apostolicæ*, cui Decretum innititur, et quomodo, inspecta illa praxi, S. Ligorii sententia jam *non tuta* evasit.

Unum adhuc notatu dignum. Decretum 30 junii 1886, in responsione ad 2^{um}, generatim affirmat ad S. Pœnitentiariam, saltem per litteras, nisi præsto sit indultarius, recurrendum esse ad obtinendum absolutionem a *casibus et censuris* Summo Pontifici reservatis; dein, urgente periculo infamiæ vel scandali,

(1) *Theol. mor.*, II, n. 415.

(2) Stremier, *Traité des peines ecclésiastiques*, pag. 232.

(3) Const. *Apostolicæ Sedis*... commentariis illustrata, n. 513.

concedit simplicem confessarium ad mensem absolvere a solis *ceuris*. Hinc sequitur absolutionem directam a *casibus* sine censura S. Sedi reservatis non aliter obtinendam esse quam a S. Sede vel ab indultario. Sola igitur manet simplici confessario facultas *indirecte* absolvendi, de qua S. Ligorius, lib. vi, n. 585. Quod quidem supra in *Regula* sedulo distinximus.

SECUNDA REGULA. — Qui, urgente periculo scandali vel infamiæ, a censura quacumque Summo Pontifici reservata per simplicem confessarium absolutus est, debet *infra mensem* vel ad confessarium indulto munitum, vel ad S. Pœnitentiariam per litteras et per medium confessarii recurrere: secus in eadem censuram ipso jure recidet.

NOTÆ. — Ita Decretum 30 junii 1886, ex cap. *Eos qui*, de Sententia excommunicationis, in vi, ut supra jam explicavimus.

Quare autem Decretum 30 junii 1886 tempus unius mensis determinet, cum in dicto capite *Eos qui*, nullum tempus assignetur, sed mere statuatur eos qui, *cessante periculo mortis vel impedimento* Superiorem adeundi, se illi *contempserint presentare*, in *censuram recidere*, non pauci sunt qui interrogant. Respondeamus: 1^o Jam non agi de onere S. Sedem adeundi, ad quod quis diutius forsan potest impediri, sed, ex praxi S. Pœnitentiariæ, cui innititur Decretum, de obligatione recurrendi per litteras, quæ facillime impletur. Hinc concipi potest pœnitenti censura irretito, propter instans scandali vel infamiæ periculum, absolutionem esse statim impertiendam, neque expectari posse facultatem quæ a S. Sede regulariter petenda foret; quo autem impedimento pœnitens a recursu per litteras instituendo diutius detineri queat, non videtur. — 2^o Spatium *unius mensis* Decreto 30 junii 1886 determinatum credimus ex more S. Inquisitionis, quæ, quoties suis Decretis contumaces ad implendam obligationem jure præfixam urgere consuevit, terminum præfigit, quo elapso. inobedientes punientur et excommunicationem incurrunt. Sic *infra mensem*, multo ante Const. *Apostolicæ Sedis*, denun-

ciandos esse sollicitantes statuerat, sollicitatosque infra id tempus denunciare negligentes excommunicatione plectebat; sic auctores, eandem S. Inquisitionis praxim allegantes, communiter docent *infra mensem* denunciandos esse sectarum Massonicarum coryphæos sive occultos duces, etc.

A quo autem die tempus unius mensis currere incipiat? Respondetur: 1° Confessarium absque debita facultate absolventem propter urgens scandali vel infamiæ periculum, teneri sub gravi ad admonendum pœnitentem de obligatione recurrenti; 2° Tempus unius mensis currere a die absolutionis impertitæ, vel, posito quod ea die pœnitens obligationem ignoraverit vel monitus non fuerit, a die scientiæ obligationis; 3° Demum, sufficienter legi satisfactum esse, modo litteræ confessarii intra mensem ad S. Pœnitentiariam directæ fuerint; satis enim per se patet responsionem S. Pœnitentiariæ ultra mensem ut plurimum fore differendam. Adde pœnitentem a reincidentia immunem fore, si litterarum expeditionem, negligentia confessarii, non pœnitentis culpa, ultra mensem differri contigerit; verum istiusmodi confessarii negligentia est in materia gravi, atque ideo peccati mortalis damnari potest confessarius.

TERTIA REGULA. — Qui, ut supra sub numero 3° *Primæ regulæ* explicatur, a casu Summo Pontifici sine censura reservato per confessarium facultate carentem *indirecte* absolutus est, tenetur omnino vel confessarium indulto munitum, vel S. Pœnitentiariam saltem per litteras adire, ut directe absolvatur. Verum, cum non fuerit censura irritus, jam non est locus reincidentiae.

NOTA. — Sequitur ex dictis. Cum enim hujusmodi pœnitentis, ex Decreto 30 junii 1886, non potest esse nisi *indirecta* absolutio, primum est ipsum omnino teneri ad absolutionem directam recipiendam. Jam vero illius obtinendæ non sunt nisi viæ in *Regula* indicatæ.

 PATRONS DE LIEUX ET TITULAIRES.

 DÉCISIONS NOUVELLES (Suite).¹

III.

DISTINCTION ENTRE LE PATRON DU LIEU ET LE TITULAIRE D'UNE ÉGLISE; SA NÉCESSITÉ; RESCRITS OBTENUS POUR LE DIOCÈSE D'ANGOULÈME.

La question des Patrons du diocèse d'Angoulême résolue, restait celle des Patrons des divers lieux et des Titulaires des églises paroissiales (2). On sait qu'il est très difficile de distinguer en France le vrai Patron de lieu du Titulaire de l'église, et nous connaissons plusieurs indults qui tranchaient la difficulté en permettant de conserver aux simples Titulaires les honneurs, privilèges et prérogatives dûs aux seuls Patrons de lieu, dont ils jouissaient, du reste, *ab antiquo*, presque partout. Ainsi, nous pouvons citer un indult accordé pour le diocèse d'Angers :

ANDEGAVEN.

Rme Domine uti Frater.

Exposuit Amplitudo tua huic Sanctæ Sedi in Diœcesi ista Andegavensi jam diu festa Sanctorum Titularium Ecclesiarum

(1) Voir plus haut, pag. 232.

(2) Nous ne parlons plus des paroisses supprimées; ce qui a été dit dans un numéro précédent suffit sur ce point. (Voir plus haut, pag. 234).

agi consuevisse ceu festa patronalia, imo ab anno 1802, occasione Indulti Illmi Cardinalis Caprara, Legati a latere in Gallia, de transferenda in Dominicam solemnitate Patronorum, eorundem Sanctorum Titularium solemnitatem ad Dominicam transferri cum unica Missa ut in festo. Quum autem probe nosceret Amplitudo tua invecam ejusmodi consuetudinem tolli minime posse absque fidelium offensione et scandalo; siquidem, deficientibus documentis historicis, difficile admodum esset dignoscere an unquam extiterint Sancti proprie dicti Locorum Patroni; hinc Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam IX humillime rogavit, ut de Apostolica benignitate haec ipsam consuetudinem tolerare dignaretur. Sanctitas vero Sua, referente subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, opportunius duxit Amplitudini Tuæ necessarias et opportunas facultates tribuere, ad hoc ut nomine et auctoritate Sanctæ Sedis declarare et confirmare valeat enunciatos Sanctos Titulares Ecclesiarum in præcipuos Locorum Patronos cum omnibus et singulis privilegiis sanctis Locorum Patronis competentibus, facta etiam potestate ut eorum extrinseca solemnitas cum unica Missa recoli valeat in Dominica juxta Concordatum diei 9 aprilis anni 1802. Hanc benignam Sanctitatis Suæ concessionem dum pro meo munere Amplitudini Tuæ communico, ut ipsa diu felix, et incolumis vivat ex animo adprecor.

Amplitudinis Tuæ,

Romæ, die 30 januarii 1862.

Uti-Frater,

C. Episc. Portuen. et S. Rufinæ Card. PATRIZI, S. R. C. Præf.

Le diocèse de Laval avait obtenu la même faveur en 1865. Nous ne connaissons pas le texte de l'indult; mais voici le résumé que, pendant longtemps, l'*Ordo* diocésain en a donné chaque année :

Ex ind. apost. die 5 aprilis 1865, sancti Patroni Ecclesiarum Parochialium (id est, parochiarum seu locorum) diœcesis Valle-

guidonensis qui nunc coluntur, uti tales habendi sunt, quamvis in eorum electione servatæ non fuerint regulæ ab Urbano VIII præscriptæ, et *etiãmsi probabile sit eos in principio fuisse simpliciter ecclesiarum Titulares.*

Cette même décision a été aussi appliquée pour d'autres pays. Qu'il nous suffise de citer la réponse suivante, où la S. Congrégation décide qu'il faut conserver la coutume immémoriale.

DUBIUM V. Maxima parœciarum pars hujus diœceseos ex variis oppidulis seu pagis efformantur; nonnullæ ex uno tantum. Ab immemorabili Titularis Ecclesiæ Parochialis tanquam Patronus loci seu locorum ejusdem parœciæ colitur, ejusque dies a fidelibus uti Festus habetur sub utroque præcepto. Iis in parœciis tenentur omnes clerici ad officium Titularis, tanquam Patroni loci seu locorum?

RESP. Ad V. *Affirmative* (1).

Ce n'est pas ainsi que la question a été envisagée pour Angoulême, malgré les demandes faites à la S. Congrégation. Une première fois, considérant, sans doute, que saint Ausone et saint Cybard étaient reconnus Patrons de la ville épiscopale, et que, dès lors saint André, saint Jacques-le-Majeur et saint Martial, qui donnent leur nom à trois paroisses de cette ville, étaient de simples Titulaires, elle s'est bornée à concéder la translation de la solennité de ces trois Saints au dimanche suivant dans les églises dont ils sont Titulaires, et elle a gardé le silence sur la partie de la supplique qui concernait les Patrons de lieux ou les Titulaires des autres églises du diocèse. Voici cette première réponse, du 29 mars 1884.

(1) S. R. C. IN OYETEN, P. I., Dub. circa recit. Off., Dub. v; Gardellini, n. 5708.

Sacra Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro *Leone Papa XIII* tributis, veniam tribuit agendi solemnitatem Sanctorum *Andree, Martialis et Jacobi*, Dominica diem eorundem Festum respective insequenti cum Missa propria et Vesperis, in tribus Ecclesiis, quarum ii Titulares sunt; dummodo non occurrat Duplex primæ classis, vel Dominica privilegiata pariter primæ classis, quo in casu hoc ipsum privilegium ad Dominicam proxime subsequentem transferri indulgit; sed sub conditione, ut nunquam omittatur Missa Parochialis Officio diei respondens, et quoad Vesperas, ut illi qui ad Horas Canonicas tenentur, privatim recitent eas de Officio occurrenti: servatis Rubricis.

De nouvelles instances furent faites à la S. Congrégation: la supplique s'appuyait: 1° Sur la difficulté de prononcer, faute de documents, si le Saint que chaque paroisse appelait son *Patron*, était simplement le Titulaire de l'église ou un vrai Patron du lieu; -- 2° sur la coutume, en vigueur presque partout, d'accorder à ce Saint les mêmes prérogatives qu'au Patron de lieu légitimement constitué, et, spécialement, de transférer sa solennité au dimanche suivant, etc. La réponse est du 21 août 1884: elle forme le numéro II du rescrit dont nous avons déjà cité le numéro I, relatif au Patronage de saint Ausone et de saint Cybard sur la ville d'Angoulême.

II. Quoad sanctos Patronos Parœciarum etiam suppressarum, distingui omnino debet Festum Titulare Ecclesiæ a Festo Patronali loci. Patronus porro Parœciæ liturgico sensu non admittitur, nisi sit Titularis Ecclesiæ Parochialis, siquidem Patronus datur solummodo Diœcesi, Civitatibus, vel Oppidis. Hinc certum esse debet quod Festum Titulare cujusque Ecclesiæ, etsi suppressæ Parœciæ, agendum est sub ritu Duplicis primæ classis cum Octava ab iis omnibus, qui illius Ecclesiæ servitio sunt strictè addicti. Attamen ex Apostolica venia privilegium conceditur

solemnitalem illius celebrandi in prima subsequenti Dominica, quemadmodum pro Patronis Locorum concessum est. Nulla itaque erit pro Parochis obligatio Missam applicandi pro populo in die festo ejusdem Titularis, nisi hic simul sit Patronus loci sensu liturgico superius exposito, nempe Civitatis, vel Oppidi. Commemoratio vero de eo ad normam Rubricarum fieri debet ab omnibus de Clero, qui ejusdem Ecclesiæ Kalendarium sequi tenentur.

On voit que cette décision est, en grande partie, théorique ; la S. Congrégation insiste sur la distinction qui existe entre le Patron du lieu et le Titulaire de l'église, et elle déclare qu'il faut absolument faire cette distinction. Elle rappelle donc qu'un diocèse, une ville, une localité peuvent seuls avoir un Patron spécial ; les paroisses n'ont pas d'autre Patron que le Titulaire de leur église. Le Patron de la paroisse, ou mieux, le Titulaire de l'église paroissiale n'est honoré sous le rite double de 1^{re} classe avec octave que par les clercs *attachés au service de cette église*, et non par les autres clercs ayant leur domicile sur la paroisse ; de même, la commémoration du Titulaire aux suffrages communs n'est obligatoire que pour les premiers ; le curé n'est point obligé à appliquer la messe *pro grege* à la fête du Titulaire ; enfin, la solennité n'en doit pas être, de droit, transférée au dimanche suivant.

Toutes ces règles sont celles du droit commun : la S. Congrégation n'accorde, dans cette réponse, qu'un seul privilège, celui de la translation de la solennité du Titulaire au dimanche, comme s'il était Patron de lieu. Nous ferons remarquer que la condition imposée le 29 mars aux paroisses de la ville épiscopale : *Ut nunquam omittatur Missa Parochialis officio diei respondens*, n'est pas répétée cette fois et comme le rescrit parle sans restriction des Titulaires des églises paroissiales, cette condition n'est plus obligatoire,

même pour les églises de la ville. C'est ce que nous a répondu officieusement Mgr le Substitut de la S. Congrégation, auquel nous avons posé la question : - Ex indulto posteriore sub die 21 augusti 1884 dato, Sacra Rituum Congregatio generatim pro omnibus illam obligationem (*celebrandæ Missæ Conventualis in solemnitate translata Titularium*) imponere amplius noluit ; idcirco recta fuit interpretatio a Te facta. -

Il restait donc toujours une grave difficulté : il fallait arriver à discerner les vrais Patrons des lieux, des simples Titulaires des églises du diocèse. Il serait peu intéressant pour les lecteurs de la *Revue*, de nous suivre dans les travaux qui ont été entrepris à cette fin ; il leur suffira de savoir que le rescrit du 28 avril 1885 tranche la question. Nous avons cité plus haut les deux premiers numéros de ce Rescrit : voici les trois autres.

III. Quoad Titulares Ecclesiarum, facultas petitur adsignandi Titulares, ubi ii incogniti prorsus vel incerti sunt, illis, qui ut tales actu honorantur, in sua possessione relictis.

IV. Quoad Patronos variorum locorum Dioeceseos, quæritur an expediat in posterum vel nulla loca speciali Patrono gaudentia declarare, vel saltem ea sola quæ ab aliquo Sancto denominantur, addita facultate, ut jam supra postulatum est pro Titularibus, ubi Sanctus loco nomen tribuens incertus erit, rem definiendi ?

V. Sicut Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII cum Parochis Civitatis et locorum proprio præcipuo Patrono carentium, super applicatione Missæ pro populo in Festis Sanctorum Ausonii et Eparchii jam benigne dispensavit, ita et dispensare dignetur cum Parochis locorum proprio Patrono gaudentium in hujusmodi Patroni festo, tum ut servetur æqualitas inter omnes Parochos, tum ratione incertitudinis.

.

Ad III. *Affirmative, seu pro gratia, dummodo constet de legitimo cultu, sed exhibeatur Sacræ Congregationi singulorum clenchus.*

Ad IV. *Affirmative cum cautelis ut ad proximum.*

Ad V. *Affirmative quoad Patronos de quibus supra.*

Le lecteur voit tout d'abord que Mgr l'Évêque d'Angoulême a obtenu un pouvoir général de trancher les questions douteuses qu'il avait rencontrées dans son enquête sur les Patrons des lieux et les Titulaires des églises de son diocèse. Il peut assigner un Titulaire, là où le Titulaire est inconnu, le déterminer lorsqu'il est incertain, c'est-à-dire, lorsque les documents anciens, les traditions locales désignent plusieurs saints comme Titulaires, sans qu'il soit possible de se prononcer entre eux avec une certitude morale suffisante. Les mêmes pouvoirs lui sont accordés en ce qui concerne les Patrons des lieux. La S. Congrégation a donc été plus large que ses réponses du 12 février 1884 à Mgr l'Archevêque de Cambrai (1) ne permettaient de l'espérer, puisqu'elle n'a pas exigé un recours au Saint-Siège *pro singulis casibus*. Elle n'a mis que deux conditions à l'exercice de ce pouvoir : la première est contenue dans la supplique elle-même, et avait été, par conséquent, proposée par Mgr l'Évêque d'Angoulême : *Illis Sanctis, qui ut Titulares vel Patroni actu habentur, etiamsi incerti sint, in sua possessione relictis*; la deuxième est imposée par la S. Congrégation, mais elle est toute naturelle, et serait obligatoire même sans être exprimée : *Dummodo constet de legitimo cultu*.

On remarquera aussi le parti auquel s'est arrêtée la S. Congrégation, devant l'impossibilité de déterminer avec certitude les vrais Patrons de lieux. Elle recourt au principe qu'elle a posé elle-même dans son rescrit de 1883, citée plus haut :

(1) Voir la *Nouvelle Revue Théologique*, xvi, pag. 375.

Denominatio loci ab aliquo Sancto grave argumentum suppeditat Patronatus, et elle déclare que, dans le diocèse d'Angoulême, les localités qui portent le nom d'un Saint auront ce Saint pour Patron, et qu'il n'y a pas lieu de reconnaître de Patron spécial des autres lieux.

Enfin, Mgr l'Évêque d'Angoulême avait cru devoir demander et a obtenu dispense de la messe *pro populo* aux fêtes de Patrons de lieux ainsi constitués. Le diocèse renferme environ soixante-quinze localités qui portent le nom d'un Saint; plus de trois cents autres, d'après la nouvelle décision, n'ont point de Patron spécial, et le lecteur se rappelle que la dispense de la messe *pro populo* avait été accordée par un rescrit précédent en la fête des Patrons du diocèse. Il devenait, dès lors, souverainement équitable de demander la même dispense pour toutes les fêtes des Patrons spéciaux.

La pratique fait souvent découvrir des inconvénients qui n'ont pas été prévus d'abord, et c'est ce qui est arrivé, lorsqu'on a voulu disposer l'office des Patrons et Titulaires conformément aux règles et aux concessions contenues dans les rescrits du Saint-Siège. Aussi, Mgr l'Évêque d'Angoulême a-t-il sollicité récemment trois nouvelles faveurs.

La première concerne la translation des solennités au dimanche. D'après le Décret du Cardinal Caprara, la solennité d'une fête ne doit jamais être anticipée; elle est renvoyée au premier dimanche libre qui suit la fête. L'expérience nous a fait voir qu'à cause de l'occurrence de dimanches de 1^{re} classe ou d'autres solennités transférées, une solennité pouvait se trouver différée de trois ou quatre semaines. Cette difficulté a été exposée au Saint-Siège, qui a permis d'anticiper, toutes les fois qu'en la plaçant au premier dimanche libre avant la fête, la solennité se trouvera plus rapprochée de cette dernière que si elle était différée au premier dimanche libre qui suit.

En second lieu, Mgr l'Évêque d'Angoulême a obtenu la faveur accordée en 1884 au diocèse de Cambrai, pour les fêtes de Titulaires ou de Patrons qui n'ont ni office ni messe propre au bréviaire romain et dans le Propre du diocèse. Les prêtres qui doivent célébrer ces fêtes sont *autorisés* à se servir de l'office et de la messe propres approuvés pour un autre diocèse.

La troisième faveur se rapporte à un fait tout particulier. Sainte Colombe, vierge et martyre, dont la fête tombe le 31 décembre, est Patronne de lieu et Titulaire d'une église du diocèse. Quelle mesure prendre en ce qui concerne la fête de saint Silvestre? C'est une fête perpétuellement empêchée; en droit, il faut transférer ces fêtes *tamquam ad sedem fixam* au premier jour libre; mais saint Silvestre tombe le dernier jour de l'année. Cette règle ne peut donc être suivie. Faut-il le laisser au 31 décembre? alors il sera simplifié et perpétuellement omis dans le lieu et dans l'église où se fait la fête de sainte Colombe. Le fait a été signalé à la S. Congrégation, et, d'abord, nous avons su par voie officieuse que la règle était d'omettre complètement la fête de saint Sylvestre, à moins d'obtenir un indult permettant de l'anticiper. Mgr l'Évêque d'Angoulême n'exprima dans sa demande aucune préférence pour l'un ou l'autre parti, et une nouvelle supplique fut rédigée en ces termes :

S. Columba, virgo et martyr, in uno diœcesis loco tanquam Patrona loci ac simul Ecclesiæ Parochialis titulus die 31 decembris colitur. An S. Sylvester omittendus, an et ad quam diem transferendus? Quatenus ad diem antecedentem sit ponendus, proxima dies libera apud nos est 23 decembris.

La S. Congrégation a pris le parti de placer saint Sylvestre au 23 décembre.

Voici le texte du rescrit qui contient ces trois privilèges.

ENGOLISMEN.

Rmus Dnus Alexander Leopoldus Sebaux, hodiernus Episcopus Engolismen., a Sanctissimo Dno Nostro Leone Papa XIII quæ sequuntur privilegia humillime expetivit : 1° Ut Dominica respectivum Festum Patroni seu Titularis propius quam fieri potest antecedente, solemnitas ipsa, juxta privilegium Galliarum Ecclesiis concessum, anticipari valeat; ne diutius aliquando eædem solemnitates differri debeant, magno cum Fidelium mœrore et incommodo; 2° Ut in Festis ac Solemnitatibus illorum Sanctorum, qui, tum in Breviario, tum in Proprio Engolismensi, Officiis ac Missis propriis carent, adhiberi amodo possint Officia cum Missis jam ab Apostolica Sede pro aliis locis rite approbata, quemadmodum Archidioecesi Cameracensi concessum fuit; 3° Demum, ne S. Silvestri Pontificis Confessoris Festum die 31 decembris omittatur in Loco, ubi eadem die S. Columbæ Virginis et Martyris festum Titulare Ecclesiæ Locique Patronale peragendum est, ut illud S. Silvestri anticipari inibi possit die prima præcedente, quæ in respectivo Kalendario nunc habetur libera, nempe 23 ejusdem mensis. Sanctitas porro Sua, referente subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, benigne in omnibus annuere dignata est servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 1 aprilis 1886.

D. CARD. BARTOLINIUS, S. R. C. PRÆFECTUS.
LAURENTIUS SALVATI, S. R. C. *Secretarius.*

IV.

RÉFORME DES CALENDRIERS PARTICULIERS. — TRANSLATION A JOUR FIXE DES FÊTES PERPÉTUELLEMENT EMPÊCHÉES EN LEUR JOUR D'INCIDENCE.

Nous ne comptons point donner de longs développements à ce dernier article; nous voulons seulement citer le texte d'un indult qui se rattache à l'approbation et à l'introduction du nouveau Propre diocésain dans l'église d'Angoulême.

Cet indult autorise Mgr l'Évêque d'Angoulême à assigner de nouveaux jours fixes aux fêtes déplacées de leur jour d'incidence par suite de l'occurrence d'un Patron, d'un Titulaire, ou de leurs octaves, toutes les fois que le jour précédemment déterminé se trouve occupé par une fête dans le Calendrier diocésain récemment approuvé. Sans cet indult, l'Ordinaire d'Angoulême eût été obligé de maintenir les translations déjà faites et de déplacer les fêtes du Propre diocésain empêchées dans les églises particulières. De là une confusion notable, que l'indult du 29 mars 1884 permet d'éviter.

VI. Denique Sacra Congregatio potestatem fecit Amplitudini Tuæ Sanctos, ob Patronorum variorum Diœceseos locorum, vel Ecclesiarum Titularium Festa, seu eorum Octavas, perpetuo impeditos, et anteactis temporibus ad primam diem liberam tamquam ad sedem propriam translatos, ad hac sede amovendi et ulterius transferendi, quoties hæc ipsa sedes, quam rite nunc occupant, in novo Kalendario recenter approbato aliis Sanctis vel Festis tributa fuerit, hac tamen sub conditione, ut *semel fixe* iisdem sedes adsignetur.

Cette concession touche à une question qui a déjà été traitée dans la *Nouvelle Revue Théologique* (1) : de même que le Décret rendu pour le diocèse de Cologne, elle suppose comme indubitable que le texte des nouvelles rubriques du Bréviaire n'empêche pas la translation à jour fixe des doubles et des semi-doubles perpétuellement empêchés. C'est là, en effet, un point sur lequel le doute n'est pas possible. La *Nouvelle Revue Théologique* l'a bien affirmé, mais elle a laissé sans réponse des objections qui entretiennent une certaine hésitation dans l'esprit de plusieurs; nous nous proposons de revenir bientôt sur cette question.

(1) T. xvii, pag. 349.

EX S. R. U. INQUISITIONE.

Declaratio quoad responsum — Non expedire — datum a S. Pœnitentiaria relate ad suffragium ferendum in politicis electionibus.

Illmo e Rmo Signore,

In parecchie diocesi d'Italia è invalsa l'opinione che sia lecito il concorso alle urne politiche, perchè la S. Penitenziaria richiesta in proposito ha riposto soltanto : *Non expedire.*

A togliere ogni equivoco, il Santo Padre, udito il parere di questi Eminentissimi Signori Cardinali inquisitori generali miei colleghi, ha ordinato che si dichiari il *Non expedire* contenere un divieto. Ed io nel comunicare questa dichiarazione alla S. V., ho il dovere di aggiungere, che il Santo Padre nelle presenti circostanze tiene fermo questo divieto.

E gioverà alla S. V. conoscere le risposte date dalla

Illme et Rme Domine,

Opinio inoluit apud Diœceses Italiæ quamplurimas, politicas urnas adire licitum esse, ex quo S. Pœnitentiaria, quoad hoc percontata, tantummodo respondit : *Non expedire.*

Ut omnis vero abjiceretur œquivocatio, SSmus Pater, audita sententia istorum EE. DD. Cardinalium inquisitorum generalium, collegarum meorum, jussit declarari quod *Non expedire* prohibitionem importat. Ego autem, declarationem hanc dum A. Tuæ communico, adjicere cogor, SSmum Patrem, his in adjunctis, firmam manutenere prohibitionem ejusmodi.

Perutile quoque A. T. erit responsa agnoscere, quæ S.

S. Penitenziaria nel 1883 ai Vescovi, dai quali fu consultata, ed in quanto al peccato che si commette ed in quanto alle censure che si contraggono nel prender parte alle elezioni politiche. In quanto al peccato, Se dovesse cioè tenersi reo di colpa grave chi andasse a dare il voto per la elezione dei deputati, la risposta fu : « *Si regolerà nei casi particolari secondo ciò che le detterà la sua coscienza e prudenza, considerate tutte le circostanze.* » In quanto alle censure : « *Che l'incorrere o non incorrere nelle censure per le elezioni politiche dipende dalle circostanze del fatto e dalle disposizioni di animo degli elettori ; circostanze e disposizioni da ponderarsi secondo le norme che si danno sul proposito da buoni autori.* »

Intanto le auguro da Dio ogni bene.

Roma, 30 luglio 1886.

Affezionatissimo nel Signore.

R. CARD. MONACO.

Pœnitentiaria anno 1883 dedit Episcopis sciscitantibus, tum quoad peccatum quod committitur, tum quoad censuras quæ contrahuntur, politicis interessendo electionibus. Quoad peccatum, an idem culpæ gravis reus habendus esset, qui suffragium daret pro Deputatorum electione, responsum paruit : « *Sese habebit in casibus particularibus juxta suam conscientiam et prudentiam, omnibus perpensis adjunctis.* » Quoad vero censuras : « *Irretiri vel non irretiri censuris, electionum politicarum causa, pendere ab adjunctis facti, et ab animi electorum dispositionibus ; adjuncta et dispositiones ponderandæ juxta normas quæ in subjecta materia a probatis exhibentur auctoribus.* »

Interim omne bonum a Deo A. T. adprecor.

Romæ, 30 julii 1886.

Addictissimus in Domino.

R. CARD. MONACO.



S. CONGRÉGATION DU CONCILE.

I.

PAMPILONEN.

*Postulatum circa stipendia pro executione dispensationum
Apostolicarum, die 18 aprilis 1885.*

Juxta morem valde antiquum in hac diœcesi preces dispensationum matrimonialium numquam mittuntur ad Datariam vel Pœnitentiarium, nisi facta informatione super veritate causarum, ita ut, obtenta dispensatione, illam informationem instituere necesse non sit, nisi in aliquo casu singulari et extraordinario. Mos erat etiam in hac diœcesi ut juxta taxam statutam Vicarius generalis perciperet pro informatione præfata mercedem quatuor argenteorum (reeles de vellon) et, pro testimonialibus quæ in gradibus majoribus expedit ad evincendam in Congregatione, ad quam preces mittuntur, veritatem ipsarum, sex argentea. Pro executione vero litterarum apostolicarum nihil prorsus a Vicario generali percipiebatur.

Ita res se habebat quando prodiit resolutio ipsius S. Congregationis Concilii 28 januarii 1882, qua omnino prohibetur executoribus dispensationum apostolicarum aliquid percipere. Vicarius generalis, qui tunc erat, censuit hanc prohibitionem praxim præfatam non attingere, nec reprobare, eo quod non ut executor litterarum apostolicarum agebat quando informationem capiebat et testimonium in casu ferebat, sed ut iudex, aut alio titulo. Cum vero exequeretur litteras apostolicas et mandatum sibi commissum adimplebat, nihil omnino percipiebat. Vicarius vero generalis, qui nunc est, non audet aliquid percipere ex informationibus et testimoniis quæ præcedunt et preces et dispen-

sationem, eo quod accidentale videtur esse hæc circumstantia quæ ex consuetudine vel lege hujus diœcesis provenit.

Inquirit ergo Episcopus scribens : Utrum in prohibitione exigendi ab executoribus dispensationum apostolicarum comprehendantur etiam informationes captæ ad preces efformandas et testimonium super ipsarum veritate ad dispensationem non exequendam, sed obtinendam ; et quatenus affirmative, deprecatur ut de opportuno remedio pro jam actis providere dignemini.

R. — S. C. C. re discussa sub die 18 aprilis 1885, censuit respondere : *Negative*.

Ce n'est pas seulement en Espagne, c'est en beaucoup de diocèses de France que les Ordinaires ont prescrit une première enquête avant l'expédition d'une supplique en cour de Rome. La décision que nous venons de citer ne peut surprendre. Lorsque le Vicaire général fait cette première enquête, il n'agit pas en vertu du bref du Saint-Siège, qui n'est pas même demandé ; les défenses qui seront contenues dans ce bref ne sont pas encore portées et ne peuvent pas l'atteindre. Mais il n'est pas inutile de faire observer que la S. Congrégation s'est bornée, selon sa coutume, à répondre à la question posée. L'enquête faite avant l'envoi de la supplique ne doit pas dispenser de l'enquête prescrite par le Bref ; elle peut la faciliter, mais il reste vrai que le Vicaire général qui, après la réception du Bref, ne fait aucune enquête, n'exécute pas les ordres qu'il reçoit du Saint-Siège.

II.

DIVIONEN.

Missæ pro populo, die 24 julii 1886.

Ordinarius diœcesis Divionensis in Gallia hæc exponit : Pro insufficienti sacerdotum numero in diœcesi Divionensi, non raro accidit ut idem parochus tribus ecclesiis inserviat, nempe : 1^o Suæ

propriæ parochiæ ; 2^o Modo permanenti alteri ecclesiæ, quæ in alio loco sita tituloque parochiali non gaudens ànnectitur ecclesiæ parochiali ; 3^o Ecclesiæ loci parochialem titulum habentis, sed, penuriæ sacerdotum causa, parochum proprium residentem non possidentis *ad tempus*.

Vi suæ institutionis, talis parochus singulis dominicis ac festis diebus bis celebrat, nempe in sua ecclesia parochiali et in altera ecclesia non parochiali, sed permanenter ecclesiæ parochiali annexa, ut dicitur. Inde sequitur ut idem omnino nequeat missam celebrare dominicis ac festis diebus in tertia ecclesia, nempe parochiæ cujus ad tempus curam habet. Cum tamen ei parochiæ, in qua non residet, invigilare teneatur tum ad visitandos ægrotantes, tum ad catechizandos pueros ac multa alia munia adimplenda, ducentos francos pro supra memoratis functionibus a gubernio Gallica recipit.

Quæremus : 1^o An talis sacerdos debeat supplere missas quas pro sua secunda parochia non potest celebrare diebus dominicis ac festis, attendita etiam ea circumstantia quod dicta pensio ducentorum francorum vix remuneret supradicta munia, ambabus parochiis inter se multum distantibus ; 2^o An debeat alterutram ex missis, quas celebrat, ut dictum est, singulis dominicis ac festis, applicare simul pro utraque parœcia ; 3^o An debeat applicare huic parochiæ missa privatæ, eam missam, quæ in ecclesia annexa sine titulo parochiali celebratur ?

Cum evenerit ut plures sacerdotes bona fide pro sua secunda parœcia non celebraverint, ut in casu, postulamus, ut ipsis suæ omissiones, si necesse sit, condonentur.

R. — Ad I. *Affirmative, nisi quod optandum foret ut secundam missam celebraret in secunda parœcia.*

Ad II. *Non licere.*

Ad III. *Affirmative, si in secunda parœcia celebrare non potest, facto verbo cum SSmo etiam quoad sanationem quoad præteritum.*

Ces décisions sont conformes à la jurisprudence constante de la S. Congrégation, et nous n'avons point à nous y arrêter.

Mais nous devons signaler une erreur complète, commise dans l'exposé sommaire qui suit la demande de l'Ordinaire de Dijon. L'auteur de cet exposé, ne sachant pas, sans doute, ce que sont, en France, les églises dites *annexes*, a absolument pris le change. Partant de ce principe que deux paroisses peuvent être unies *unione plenaria et extinctiva*, ou bien *unione æque principali vel subjectiva*, il a rappelé la solution de droit, à savoir qu'un Curé doit une seule messe *pro populo* dans le premier cas, et qu'il est obligé à deux dans le second.

Ces règles du droit sont incontestables, mais l'application qui en est faite est absolument erronée. L'auteur du sommaire croit qu'en France l'*annexe* est une paroisse unie *æque principaliter* à la paroisse dans laquelle réside le Curé : « Retinent communiter duas hasce parœcias unitas æque principaliter esse. » Aussi arrive-t-il à conclure qu'à moins d'une dispense du Saint-Siège, les Curés dont parle l'Ordinaire de Dijon, sont obligés à trois messes *pro populo* chaque dimanche et chaque jour de fête de précepte, savoir : une messe pour leur paroisse principale, une pour leur annexe, une pour la paroisse vacante dont ils sont chargés *ad tempus*. Toute sa dissertation roule là-dessus; il donne les raisons qui militent pour et contre la dispense de cette obligation.

La S. Congrégation a écarté tout ce système erroné. La vérité est qu'en France, l'*annexe* est une paroisse supprimée depuis la Révolution, et réunie à une autre *unione plenaria et extinctiva*, de manière que les deux paroisses n'en font qu'une, et que le Curé qui en est chargé, n'a, en réalité, qu'une seule paroisse. Il en résulte que les Curés dont parle la Consultation sont tenus à deux messes *pro populo* seulement, et c'est en ce sens que la S. Congrégation a répondu.

EX S. CONGR. INDULGENTIARUM.

I.

Dubium quoad distantiam loci in quo ædificanda sit nova Ecclesia, ne cesset Indulgentia veteris Ecclesiæ.

Beatissime Pater,

Cum S. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita in una Leodien. sub die 9 augusti 1843 sequentibus dubiis :
 « 1. An cesset Indulgentia Confraternitatis SS. Rosarii, vel aliæ Indulgentiæ, si nova ædificetur Ecclesia fere in loco, ubi vetus existerat? 2. An cesset Indulgentia, si nova Ecclesia ædificetur in cœmeterio, non in loco veteris Ecclesiæ? 3. An cesset indulgentia, si nova ædificetur Ecclesia in alio loco, et non in cœmeterio veteris Ecclesiæ? - resolutionem dedisset : ad 1. *Negative, dummodo sub eodem titulo ædificetur* : ad 2. *Affirmative* : ad 3. *Ut in secundo* - : dubitatur inde de vero et præciso sensu responsionis ad 1. præsertim circa verba *fere in loco*. Unde quæritur :

An verba *fere in loco* ita accipienda sint, ut intelligantur de parva distantia a loco, puta quantum est jactus lapidis vel spatium 20 sive 30 passuum : aut contra, an accipienda sint lato sensu, ut adverbium *fere* dicatur pro muris civitatis, vel confinio oppidi, parœciæ, etc.?

S. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita die 29 martii 1886 respondit :

Affirmative ad primam partem ;

Negative ad secundam.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die et anno uti supra.

J.-B. CARD. FRANZELIN, PRÆFECTUS.

F. DELLA VOLPE, *Secretarius*.

II.

Dubia quoad scapularia et indulgentias lucrandas a sodalibus B. M. de Monte Carmeli, et a Tertiariis secularibus S. Francisci.

Bmo Padre,

Il Sac. Carlo Scavezzoni, coadjutore d'Avenza, Diocesi di Massa Carrara, inchinato al bacio del S. Piede, prega umilmente la Santità Vostra perchè per sua quiete e per quella de' suoi penitenti si degni dargli benigna risposta circa i seguenti Quesiti :

I. Chi è aggregato alla pia Confraternità di Maria SSma del Carmine ed in pari tempo è anche Terziario di S. Francesco, *dovrà*, per l'acquisto delle Sante Indulgenze, portare ambedue gli scapolari al collo; oppure *potrà* bastargli un solo, perchè del medesimo colore e tessuto?

II. In caso che fosse neces-

Bme Pater,

Sacerdos Carolus Scavezzoni, coadjutor l. v. d. *Avenza* in Diocesi Massensi, S. Pedem pronus exosulans, Sanctitati Vestræ demisse supplicat, ut cum ipsius, tum et pœnitentium suorum quieti consulendi gratia, quæstionibus quas subjicit, responsum dare benignè dignetur :

I. Qui piæ Confraternitati B. V. de Monte Carmelo nomen dedit, atque eodem tempore inter sodales Tertii Ordinis Sæc. S. Francisci cooptatus sit, tenebiturne e collo pendentia gestare, ut sacras Indulgentias lucretur, ambo Scapularia, an vero unum sufficiet. quum utrumque ejusdem coloris sit et panni?

II. Si ambo gestare necesse

sario portarli tutti e due, si potrà far ciò senza curare le dimensioni si dell'uno come dell'altro, se uniti insieme?

III. Le Benedizioni con Indulgenza Plenaria (così dette Assoluzioni generali) che si danno nove volte all'anno (come p. e. il giorno di S. Giuseppe), e così pure le due Benedizioni Papali si potranno dare da qualunque confessore, oppure da quel solo che è autorizzato a ciò?

IV. In caso che si possano dare da quel solo che è autorizzato a ciò, da chi dovrà essere facoltizzato detto Confessore?

V. Il penitente, in Confessione, acquista *hic et nunc* l'Indulgenza alla parola *impertior*, oppure gli resta sospesa finchè non abbia fatta la S. Comunione?

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita die 10 junii 1886 ad supra relata dubia respondit :

Ad I. *Affirmative ad primam partem ; negative ad secundam.*

Ad II. *Servetur consuetudo vigens tum penes Confratres B. V. Mariæ a Monte Carmelo, tum penes Tertiarios S. Francisci Assisiensis.*

Ad III. *Benedictiones nomine Summi Pontificis, et Benedictiones cum Indulgentia Plenaria publice impertiendæ dari debent*

est, poteritne id fieri neglectis utriusque dimensionibus si quidem invicem conjuncta sint?

III. *Benedictiones cum plenaria Indulgentia (Absolutiones generales nuncupatæ), quæ novies infra annum dari solent (ut ex. gr. die festo s. Joseph), itemque duæ Benedictiones Papales, possuntne a quolibet Confessario impertiri ; an vero ab eo tantum, cui hæc facultas facta sit?*

IV. *Si benedictiones hujusmodi ab eo tantum impertiri possint, cui potestas data sit, a quonam dictus Confessarius hujusmodi facultatem accipere debet?*

V. *Pœnitens in sacramentali Confessione suscipitne illico Indulgentiam pronuntiato verbo « impertior, » an vero hæc suspensa manet donec ipse ad Sacram Synaxim accesserit?*

ab ecclesiastico Viro qui Tertiariis in id coadunatis præest, (Cæremoniale Tertii Ordinis S. Francisci a S. Rituum Congregatione approbatum die 18 Junii 1883 : art. 8 et 9). Benedictiones vero cum Indulgentia Plenaria privatim et immediate post sacramentalem Absolutionem dari possunt ab uniuscujusque Tertiarii Confessario.

Ad IV. *Provisum in responsione ad III.*

Ad V. *Negative ad primam partem; affirmative ad secundam, si communicatio est postremum opus et injunctis, quod expletur.*

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die, mense et anno uti supra.

J.-B. CARD. FRANZELIN, PRÆFECTUS.

F. DELLA VOLPE, Secretarius.

Nous n'avons pas à commenter ces diverses décisions : elles se comprennent d'elles-mêmes : une observation seulement nous paraît utile sur la réponse au troisième et au quatrième doute. La Consultation demandait si les Bénédictiones Papales et les Bénédictiones avec indulgence plénière peuvent être données par tout confesseur, ou bien s'il faut pour cela un pouvoir, et qui doit déléguer ce pouvoir. La S. Congrégation répond, en s'appuyant sur le Cérémonial approuvé :

1° Que le confesseur ne peut jamais donner les Bénédictiones Papales. — Voir, en effet, l'article 8 du Cérémonial.

2° Que le confesseur n'a pas besoin d'un pouvoir spécial pour donner une bénédiction avec indulgence plénière à la suite de l'absolution sacramentelle. — Voir le Cérémonial, article 9.

Mais la S. Congrégation va plus loin, et sa réponse concerne aussi les Bénédictiones Papales et les Bénédictiones avec indulgence plénière données publiquement. Il résulte qu'elles doivent être données par le prêtre *qui préside l'assemblée*

des Tertiaires réunis pour les recevoir. Si nous rapprochons ces paroles du texte du Cérémonial auquel on nous renvoie, nous ne leur trouvons pas toute la clarté désirable.

D'abord, le Cérémonial (art. 9) donne simplement le texte de la formule des Bénédictions avec indulgence plénière sans dire qui a pouvoir de les donner en public. Une seule fois, dans le cours de la formule, on trouve ce simple mot : *le prêtre* : - *Detto quindi* : Confiteor, etc., Misereatur, etc., Indulgentiam, etc., *Il Sacerdote continua* : Dominus Noster Jesus Christus... etc. - Admettons qu'il faut comprendre : *le prêtre qui préside l'assemblée*, nous le voulons bien; nous allons exprimer bientôt notre difficulté.

Il n'en est pas de même pour les Bénédictions Papales (art. 8 du Cérémonial). Il est dit nettement : - *Essa non deve darsi separatamente ai singoli Terziari, ma alla Congregazione adunata, e deve darsi da chi presiede, intendendosi ad esso commessa la facoltà d'impartire quella benedizione.* - Voilà bien la doctrine du Décret de la S. Congrégation. Mais continuons à citer le texte du Cérémonial : *Il Direttore od altro Sacerdote autorizzato, in cotta e stola bianca,...* andrà ad altare, et genuflesso dirà..., etc. -

Il n'y a pas à supposer que la S. Congrégation ait voulu réformer ce passage du Cérémonial, puisqu'elle y renvoie elle-même pour appuyer sa décision, et nous devons croire que la décision et le Cérémonial sont en parfait accord. Ceci posé, qu'on nous permette de faire les réflexions suivantes :

Le Cérémonial suppose bien que la Bénédiction sera donnée par *celui qui préside*, mais il suppose aussi qu'elle peut être donnée par le *Directeur* de la Fraternité, ou par *un prêtre autorisé*. Autorisé par qui? Le Directeur de la Fraternité peut-il donner cette autorisation, en d'autres termes, peut-il subdéléguer son pouvoir? Faut-il recourir

aux Supérieurs de la Fraternité? Première question, que, pour notre part, nous trancherions par la négative, et nous croirions que l'autorisation dont il s'agit doit être donnée par les Supérieurs du premier Ordre. Mais le Décret se tait sur ce point.

Deuxième question. C'est un jour d'assemblée du mois; la Fraternité est réunie, et comme c'est aussi un jour de bénédiction avec indulgence plénière, cette bénédiction va être donnée. Elle doit l'être, dit la S. Congrégation, *par celui qui préside*. Or, le Directeur de la Fraternité est présent, il préside l'assemblée; mais en même temps il y a dans l'assemblée un prêtre Tertiaire, *autorisé* à donner ces bénédictions. Le Décret doit-il être entendu dans un sens tellement rigoureux que le Directeur de la Fraternité ne puisse faire honneur à ce prêtre, et le prier de donner en sa présence la Bénédiction?

Troisième et dernier doute. La Bénédiction doit être donnée par le prêtre qui *préside les Tertiaires réunis pour la recevoir*. Tout prêtre présidant des Tertiaires ainsi réunis a-t-il, par le seul fait, le pouvoir de donner cette Bénédiction? Exemples : le Directeur de la Fraternité est absent; un prêtre, appelé par les Tertiaires, peut-il, par le seul fait, donner la Bénédiction? Ou encore, il n'y a pas de Fraternité; des Tertiaires isolés peuvent-ils se réunir et recevoir la Bénédiction d'un prêtre qui n'a aucune autorisation spéciale?

Autant de questions que le Décret soulève, et dont la solution, nous semble-t-il, serait désirable.

III.

Circa Formulam absolutionis in mortis articulo impertiendæ.

Procurator generalis Trappensium Sacræ Congregationi Indulgentiis sacrisque Reliquiis præpositæ sequens Dubium humiliter exponit :

Quum tenore Brevis die 7 julii 1882 a SS. DD. N. Leone Papa XIII editi, derogatum fuerit omnibus formulis hucusque usitatis pro impertienda *absolutione in articulo mortis*, etiam apud diversas religiosas familias ex privilegio, ita ut deinceps confessarii adhibere teneantur ritum seu formulam a Benedicto PP. XIV traditam et præscriptam in Bulla *Pia Mater* (5 aprilis 1747); quæritur :

Utrum, tenore Brevis præfati, etiam formulæ *absolutionis in articulo mortis in forma Jubilæi* personis utriusque sexus Ordinis Cisterc. a Sixto PP. IV, *Idus decembris 1475* indultæ, prout in Rituali ac Breviario Cisterc. legitur, derogatum fuerit?

Sacra porro Congregatio Indulgentiis sacrisque Reliquiis præposita dubio proposito respondendum censuit :

Detur Decretum in una Tertii Ordinis S. Francisci Assis. datum die 22 martii 1879 ad Dubium tertium, quod ita proponebatur : *An pro impertienda absolutione in articulo mortis Tertiariis sæcularibus Franciscalibus debeat formula Benedictina (seu Bened. PP. XIV) adhiberi, vel sit eadem sub pœna nullitatis præscribenda?*

Resp. *Formula Benedictina est præscribenda sub pœna nullitatis pro omnibus indiscriminatim.*

Datum ex Secretaria ejusdem S. Congr. Indulg. die 24 maii 1883.

AL. CARD. OREGLIA A S. STEPH., PRÆFECTUS.

JOS. M. FORELLI, *Substitutus.*



CONFÉRENCES ROMAINES.

QUÆSTIONES RITUALES,

De quibus deliberabitur in Academiæ liturgiæ conventibus quos, auspice viro eminentissimo Raphaelæ-Mariæ Parocchi, Tituli S. Crucis in Jerusalem S. R. E. Presbytero Cardinali et Sanctissimi Domini nostri Leonis PP. XIII Vicario generali, Romæ in Edibus Presbyterorum Missionis prope Curiam Innocentianam habebunt sacerdotes e cœtu collationum spiritualium, diebus qui singulis questionibus inscripti sunt.

MONITUM.

Qui præpositas quæstiones enodare, aut enodatas magis magisque illustrare, vel piam habere collationem debeant, meminerint illud quod nostro in Cœtu semper solemne fuit, hæc omnia unius horæ spatio continenda. Initium vero cœtus toto anno erit hora vicesima secunda.

I.

Die 25 novembris 1885, hora 3 a meridie.

DE MATERIA QUARUMDAM SACRARUM VESTIUM.

(CASUS OMISSUS ANNO PRÆTERITO).

Cum in perinsigni quadam sed pauperiori Collegiata ecclesia aliqua pluvialia et casulæ quædam absumptæ usu fuissent, Caius sacerdos, cui earum supellectilium renovandarum cura deman- data erat, novas alias adeptus est. Materies autem illarum præcipue ex gossipio erat, licet aliquantula ex serico quoque contexta, ornatus vero omnes et perpulchri ex puro gossipio confecti. Cum ergo hæ supellectiles Episcopo fuissent exhibitæ, anceps hæsit utrum eas interdicere nec ne deberet. Interim, cum

et decori ecclesiarum sibi consulendum sciret, et paupertatis spernendam non esse rationem, nec probat nec reprobat, sed Titio, qui ei a cæremoniis erat, hæc mandat inquirere :

1° *An sacræ vestes semper in Ecclesia fuerint ex speciali ac determinata materie?*

2° *Quibus freta rationibus aliquam et qualem exigat, aliquam et qualem respuat Ecclesia materiem sacrarum vestium?*

3° *Utrum seu casulæ seu pluvialia, sicut et aliæ sacræ vestes, ut in casu, sint nec ne reprobandæ?*

II.

Die 9 decembris 1885, hora 3 a meridie.

DE SACERDOTE FONTEM BAPTISMATIS, ET DIACONO CEREUM PASCHALEM BENEDICENTIBUS.

Cum quidam sacerdos Prælati in quadam civitate diversandi causa moraretur, ab archipresbytero capituli illic instituti invitatus est, ut functionem Sabbati Sancti, majoris solemnitatis ergo, perageret. Cumque Prælati a tota se functione excusasset, exoratus fuit ut benedictionem saltem fontis baptismalis acceptare vellet. Eo renuente ac mirante quod ejusmodi functionis pars ab uno alia, alia ab alio fieret, audit, sæpius id illa in ecclesia fieri consuevisse. Annuit itaque; sed magis magisque miratus est, cum in decursu functionis vidit et cerei paschalis benedictionem ab alio factam, atque ab eo qui in diaconi officio missarum solemnibus ministravit. In patriam proinde reversus, utpote liturgicæ rei peramans, inquit :

1° *Quid dicendum de antiquitate atque unitate istiusmodi functionis, tam latinæ quam græcæ Ecclesiæ disciplina inspecta?*

2° *An benedictio fontis baptismalis per alium presbyterum, et cerei paschalis per alium diaconum ab iis qui missam decantant, fieri convenienter possit, intrinsecis vel extrinsecis momentis inspectis?*

3° *Quid ergo de ejusmodi consuetudine, quidque tenendum in praxi?*

III.

Die 23 decembris 1885, hora 3 a meridie.

DE QUIBUSDAM USIBUS IN ADMINISTRATIONE
EXTREMÆ UNCTIONIS.

Titius parochus, cum Extremam Unctionem administraturus est, fere in omnibus singularem se exhibet. Nam senectutis unico morbo laborantes non raro inungit, cæteris tamen Sacramentum non administrat, nisi proxima mors immineat. Ex quo fit, ut crebro Sanctum Oleum domi, non in ecclesia, noctu custodiat, ad infirmum non clericos vel saltem unum, sed præmittit ædituum, qui præter alia ipsum S. Oleum secum defert, et citius in domo morientis cuncta disponit. Ita pariter fit, ut semper sub unica unctione prius, postea si tempus suppetat, in singulis partibus ungat infirmum, licet nunquam in renibus, cujuscumque sit sexus, quemadmodum nec stola ob properantiam, nec superpelliceo utatur in unctionibus. Insuper candulam ex stearina adhibet, cum juxta ipsum non ob Sacramenti reverentiam, sed ex defectu luminis naturalis præscribatur. Denique ne infirmum deterreat, de Sacramento non instruit, sed monet oleo B. M. V. benedicto eum se esse inuncturum. Quæritur :

1° *Quibusnam ritibus usa sit antiquitas Ecclesia sive latina sive græca in Sacramenti hujus administratione?*

2° *Quid de forma hujus Sacramenti ex necessitate rei vel præcepti?*

3° *Quid de singulis usibus Titii, ut in casu?*

IV.

Die 20 januarii 1886, hora 3 1/2 a meridie.

DE PRIMA ORATIONE IN MISSIS PRO DEFUNCTIS.

Quæstio vehemens exorta est inter duos presbyteros rei liturgicæ satis peritos. Ex his unus cum Missam defunctorum sive

privatam sive solemnem facit, primam Orationem eligit quidem in missali, quæ tamen non ipsi Missæ, nisi id per accidens contingat, sed semper applicationi respondeat. Quinimo aliquando Sacrum decantans pro anniversaria die suorum parentum defunctorum, Orationem « Deus qui nos patrem et matrem honorare præcepisti » seligit. Quod alteri haud arridet, sustinens non posse fieri, nisi spretis quamplurimis S. R. C. decretis et ipsamet rubrica missalis, quæ primam Orationem in quavis Missa dicendam pro defunctis satis indicat. Quæritur :

1° *Unde in Ecclesia Orationum quæ generatim in Missis dicuntur, origo, nomen et forma?*

2° *Quid rubricæ missalis et S. R. C. decreta statuunt circa Orationum species in Missis pro defunctis?*

3° *Utri presbyterorum, circa primam Orationem, ut in casu, ratio farcat?*

V.

Die 3 februarii 1886, hora 3 $\frac{3}{4}$ a meridie.

DE COLORE SACRORUM PARAMENTORUM.

Ecclesiæ cujusdam oppiduli quinque tantum erant casulæ, et unaquæque diversi coloris prout rubrica exigit, id est albi, rubei, viridis, violacei et nigri. In eam ergo ecclesiam Sempronius, Caius et Titius sacerdotes peragrantes celebrandi causa conveniunt. Ab ædituo autem accipiunt, casulam rubei coloris, sicut et albi, qui diei erat, statim post Sacrum a parcho factum, apud sarcitricem allatas esse reficiendas. Dubitant igitur quid sibi agendum, an scilicet faciendum Sacrum, an relinquendum. Varia momenta utrinque afferunt, post quæ nulla ratione Missam relinquendam decernunt; maxime quod rubrica paramentorum colorem respiciens magis directivam quam præceptivam dicunt. Cæterum cum alia illic non adsit ecclesia, facile inter se conveniunt observantiam coloris paramentorum bono quod ex tribus Missis percipitur non posse præferri. Hinc unusquisque Sacrum ejusdam S. Confessoris, ejus ritus et duplex erat, cum casula

primus viridis coloris, alter violacei, tertius nigri celebrat.
Quæritur :

1° *Quandonam color paramentorum invecus ex lege fuit in Ecclesia, sive græca sive latina?*

2° *An color paramentorum legem directivam tantum, an et præceptivam constituat, et an aliqua causa ab ea implenda excuset?*

3° *Quid de trium Sacerdotum agendi modo censendum, ut in casu?*

VI.

Die 17 februarii 1886, hora 4 a meridie.

DE ANTIPHONARUM PRÆINTONATIONE.

Caius, ecclesiæ cujusdam cathedralis canonicus, et Titius, ejusdem ecclesiæ primus cantor. sæpe sæpius inter se disputant de jure, quod uterque sibi competere sustinet, antiphonas præintonandi. Quocirca cum seu in Vesperis seu in Matutinis pontificalibus Caius paratus præintonaturus antiphonas vel ad Episcopum, vel ad unum ex canonicis accedit, Titius, peritissimus in canendo, superpelliceo indutus vellet eas præintonare. Imo, absente Episcopo, antiphonas per beneficiatum pluviali indutum nunquam sinit præintonari, sed ipse præintonat; vel imperitiam allegans aliorum, vel etiam auctoritatem, quam suppositam tamen alii dicunt, Cæremonialis Episcoporum. Hinc Caius, re mature perpensa, et consuetudine, quæ profecto in sua ecclesia possidet, jus suum probante, perspècta, hujus Academiæ votum postulans, quærit :

1° *Unde Antiphonarum nomen, origo et ratio, sive in latina sive in græca Ecclesia, et quodnam eorum symbolum?*

2° *An in omnibus sive Vesperis sive Matutinis cum cantu antiphonæ præintonandæ sint et a quo, juxta leges liturgicas?*

3° *Quid, inspectis omnibus, judicandum in casu?*

VII.

Die 17 martii 1886, hora 4 1/2 a meridie.

DE QUIBUSDAM RITIBUS IN MATUTINIS SS. NOCTIS
NATALIS DOMINI.

Titius canonicus sæpe conqueritur ritus quosdam in sua ecclesia adhiberi solitos in Matutinis Sacratissimæ Noctis Nativitatis Domini. Nam imprimis lectiones primam et alteram tertii nocturni modulantur quidem canonici, juxta Cæremoniale Episcoporum, sed pluviali induti, et duos inter acolitos, qui cereos accensos deferunt. Tertiam vero concinit ipse presbyter celebraturus, sed sicut cæteri in medio chori. Cum autem hic privilegio pontificalium gaudeat, benedictionem a digniore ex canonicis recusat petere: sed, dicto *Jube Domine*, exigit ut chorus absolute respondeat, *Amen*. Denique, expletis lectionibus, mos in ea ecclesia est, ut presbyter celebraturus puerum Jesum ab altari in ulnas suas accipiat, conversusque ad populum *Te Deum* intonet, simulacrum ad aliud altare deferat, canonicis ac populo instructo ordine sequentibus et canentibus, demum ad altare majus mox Sacrum concenturus redeat. Hinc quæritur :

1° *An iidem ac impræsentiarum ritus, vel quales in antiqua Ecclesia, circa lectiones maxime tertii nocturni hujus Matutini adhibiti fuerint?*

2° *Quomodo canendæ sint lectiones tertii Nocturni hujus Matutini, juxta Cæremoniale Episcoporum?*

3° *An ritus in casu adhibiti probandi, quidque dicendum de singulari functione, qua matutinum absolvitur?*

VIII.

Die 31 martii 1886, hora 4 3/4 a meridie.

DE QUIBUSDAM RITIBUS CIRCA INCENSATIONEN IN VESPERIS.

Cum in quadam cathedrali ecclesia solennes decantantur Vesperæ, nonnulla notatu digna videntur circa incensationem

Caio, perantiquo alterius ecclesiæ cæremoniarum magistro. Nam imprimis cum duo in illa cathedrali sint altaria, alterum in facie alterius, et in anteriori Crucifixus, in posteriori lignum S. Crucis appareat, nunc utrique ad modum unius, nunc crucifixo post reliquam crucis, nunc huic post illum thus adolet celebrans. Aliquando dum in choralis altare SS. Sacramentum est expositum, eodem altari thurificato, altare quoque Patroni thurificatur. Demum cum canonici thurificandi sunt, a cornu epistolæ semper thurificatio initium sumit. Quæ omnia seu a Cæremoniali Episcoporum seu ab aliis liturgicis regulis dissona Caius iudicans, sequentia sibi dubia resolvenda proponit :

1° *Quid, ex antiquitate, dici potest, generatim loquendo, de thuris usu in sacris, ac de thurificatione in sacris functionibus, tam in latina quam in græca Ecclesia?*

2° *Quænam regula generalis tenenda circa ordinem sive personarum, sive sacrarum rerum thurificandarum?*

3° *Quid de singulis, ut in casu, iudicandum?*

IX.

Die 14 aprilis 1886, hora 5 a meridie.

Habitur sermo de Passione D. N. Jesu Christi, ut divinum illud ac ineffabile Mysterium, supremum Liturgiæ Objectum, solemniter quotannis recolatur.

X.

Die 5 maii 1886, hora 5 1/2 a meridie.

DE MISSÆ ABRUPTIONE, VOTORUM PRONUNCIATIONIS ERGO.

Usus invaluit in quadam Regularium communitate, ut stasis diebus infra annum Sacrum fiat, cunctis religiosæ familiæ præsentibus, et in eo nonnulli ex Confratribus vota emittant vel de more renovent. In ejusmodi autem actione peragenda sequentes servantur ritus. Celebrans Missam facit usque ad communionem

ambarum specierum inclusive, et post eam silet, auditque Confratres, qui intelligibili voce emittunt vel renovant professionem. His expletis, brevis supplicatio instituitur, in eaque aliqui ex hymnis et psalmis decantantur. Supplicatione persoluta, recenter professi ad altare pergunt, ibique a sacerdote, qui toto supplicationis tempore silens illic permanserat, sacra synaxi reficiuntur, post quæ omnia celebrans Missam prosequitur. Hæc ergo cum metum ingerant quibusdam ex illa liturgicarum rerum familia observantissima, inquirere satagunt :

1° *An et quibus de causis potuerit semper et possit Missa abrumpi, et sub qua conditione?*

2° *An votorum vel solemnium vel etiam simplex emissio aut renovatio merito computari valeat inter causas legitimas abrumpendi Missam?*

3° *Quid judicandum de singulis in sacra functione, ut in casu?*

XI.

Die 19 maii 1886, hora 5 $\frac{3}{4}$ a meridie.

DE CÆREMONIARUM MAGISTRO IN SACRIS FUNCTIONIBUS.

In nonnullis ecclesiis, ubi quædam piæ Confraternitates erectæ sunt, evenit ut pluries in anno ex peculiaribus rationibus solemniter Missa, quandoque etiam pontificaliter, decantetur. Jam vero sæpius quæstio oritur, inter illarum ecclesiarum presbyteros et Confratres laicos, circa jus munus obeundi cæremoniarum magistri. Hi enim inveteratam asserunt consuetudinem, ob quam cæremoniarum magister esse debet aliquis ex sodalibus Confraternitatis; illi vero abusum intolerabilem consuetudinem appellantes, sustinent neminem posse cæremoniarum magistri munere fungi, nisi in sacris sit constitutus, aut saltem clericus. Sed nihil proficiunt; sodales enim omnia dominorum more disponunt, et ad id officii unum ex sodalitiis membris assumunt. Ut tamen pro modulo presbyteris satisfaciant laici, statuerunt ut cæremoniarum magister sacerdos esset, qui tamen Confraternitatis habitu indutus suum in solemniori Missa exerceret officium. Hinc quæritur :

1° *An antiquum sit nec ne in græca et latina Ecclesia cœremoniarum magistri officium, an aliquando laicale, et quanti faciendum?*

2° *Quid progressu temporis et impræsentiarum statuerit Ecclesia circa qualitatem cœremoniarum magistri?*

3° *Quid judicandum de consuetudine, ut in casu?*

XII.

Die 16 junii 1886, hora 6 a meridie.

DE BENEDICTIONE CAMPANÆ PER SACERDOTE.

Caius episcopus, ad unam ex cujusdam monasterii campanis solemniter benedicendam invitatus, ejusdem monasterii presbytero curam benedictionis mandat. Hic, quamvis de collatæ sibi facultatis validitate dubitans, functionem peragit, sed satis in ea exequenda implicatus est. Etenim imprimis loco unius duæ sunt ei campanæ oblatae benedicendæ, et quas ob temporis defectum persuasum est illi ut ad modum unius benediceret. Ita psalmos omnes semel recitat, unum thuribulum utrique campanæ supponit, pluresque orationes immutat, quæ scilicet in singulari pluraliter dicens. Denique cum, unius campanæ lotionem peracta, aqua pridie ab Episcopo benedicta casu tota diffusa fuisset, ipsemet aliam aquam pro alterius campanæ lotionem benedicit. Hæc omnia Caius resciscens secum quærit :

1° *An baptisma campanarum ad sacrum usum semper in more fuerit in Ecclesia tum græca tum latina, et præceptivum?*

2° *Quibus baptisma campanarum competat, et utrum Episcopus campanæ benedicendæ facultatem concedere possit simplici sacerdoti?*

3° *An pro unius benedictione delegatus plures campanas benedicere valeat, et an ad modum unius?*

4° *Quid de aqua pridie ab Episcopo benedicta, ac de ea quam benedixit sacerdos, ut in casu?*

XIII.

Die 7 julii 1886, hora 6 1/4 a meridie.

DE PRONUNTIANDIS IN MISSA ELATA VEL SUBMISSA VOCE.

Cum Titius presbyter, Sacro facto, aliud pro gratiarum actione audire in more habeat, sæpius admiratione quadam corripitur. Plurimi enim sacerdotes ea quæ in Missa proferenda sunt, vel secreto vel elata voce pronuntiant. Ille vero sustinet, alia secreto, alia voce mediocri, alia voce aliquantulum elata, alia omnino elata voce esse dicenda. Titius ergo, quæstione super ea re cum quibusdam ex iis sacerdotibus instituta, nimix simpliciter nota est redargutus ab ipsis; qui tuentur, tot in vocis prolatione discrimina non esse a rubrica, sed a nonnullis rubricæ expositoribus. Rubrica enim missalis, alia secreto, alia elata voce proferenda præscribit; cui proinde sese conformantes, profecto in officio manent. Hinc Titius diversimode edoctus studiose inquit:

1º *An semper, et quibus de causis, vel congruis, vel symbolicis, hujusmodi in vocis prolatione discrimen Ecclesia latina et græca in Missa exegerit?*

2º *An quadruplex hoc discrimen vocis, de quo in casu, a rubrica sit vel ab ejus expositoribus, et an necessario admitendum?*

3º *Quid pro praxi tenendum?*

XIV.

Die 21 julii 1886, hora 6 a meridie.

Habebitur sermo de laudibus S. Vincentii a Paulo, de Divinis inter sacerdotes collationum Institutoris, sub cujus auspiciis congregatur Cætus noster.

XV.

Die 18 augusti 1886, hora 5 1/2 a meridie.

Habebitur sermo de Assumptione Deiparæ Virginis, quam peculiarem sibi Patronam jam inde ab initio Academia selegit, quocum juxta morem annuus Academiae cursus absolvitur.



ÉTUDE DES INDULTS ACCORDÉS AUX ÉVÊQUES DE FRANCE POUR DISPENSER DES EMPÊCHEMENTS DE MARIAGE (1).

QUATRIÈME PARTIE.

APRÈS LA LÉGATION DU CARDINAL CAPRARA.

ARTICLE II (SUITE).

II. — *Componendes.*

111. — Outre la taxe destinée à couvrir les frais d'une dispense, les Souverains Pontifes demandent aux suppliants une somme d'argent, qui varie avec leur fortune et avec l'importance de la dispense demandée, et que l'on appelle *componende*. Quelquefois même, des suppliants qui n'ont aucun motif canonique à alléguer, obtiennent une dispense dite *sans cause*, en offrant une *componende* plus élevée et en compensant ainsi la dérogation à la loi.

Les auteurs expliquent le soin scrupuleux avec lequel les Souverains Pontifes veillent à ce que les *componendes* soient dépensées en œuvres pies. Elles servent à soutenir ou à fonder des œuvres d'utilité publique, hôpitaux, séminaires, etc. Pie VII, dans le Bref *Vix nova*, déclare *juste et salutaire* l'institution des *componendes*, qui d'ailleurs ne sont pas exigées pour toutes les dispenses, mais surtout pour les

(1) V. tom. xvii, pag. 125, 255, 381 et 456 ; ci-dessus, p. 381.

dispenses de consanguinité ou d'affinité : - *Mulctæ illæ... ad resarciendum aliqua ratione vulnus quod ex dispensationum matrimonialium concessione ecclesiasticæ disciplinæ infligitur, et ad matrimonia inter personas consanguinitatis vel affinitatis vinculo invicem conjunctas rariora ac difficiliora redanda, juste ab Ecclesia salubriterque institutæ sunt.* -

C'est donc avec raison que Giovine, en justifiant l'usage des componendes, dit qu'elles doivent être considérées - *tanquam causæ seu potius concausæ dispensandi.* - *Tanquam causæ*, quand on n'allègue pas d'autre cause; et cette cause est légitime, - *cum in commune Ecclesiæ universæ bonum eleemosynæ illæ redundant:* - *tanquam concausæ*, parce que le plus souvent la componende ne vient pas seule, mais s'ajoute « *in subsidium alterius causæ minus gravis.* - Et quand on lui objecte le Concile de Trente, qui veut que toutes les dispenses soient accordées *gratis*, le même auteur répond que la prescription de Trente n'est pas violée : - *Non obstat Tridentini Decretum, ... quandoquidem reapse nihil omnino in gratiam Concedentis persolvitur, cum fideliter deponantur in Monte pietatis, et adamussim in eleemosynas et alia pietatis opera erogentur...* - (1).

112. — Toutefois, cet auteur oublie ce dernier raisonnement, quand il examine (2) si les Évêques qui dispensent en vertu d'un indult, peuvent, eux aussi, prendre une componende proprement dite, c'est-à-dire, une somme en sus de la taxe destinée à couvrir les frais de la dispense, et qui sera employée en bonnes œuvres. Il répond que le Saint-Siège ne le permet point, et il tire sa première preuve du mot *gratis* qui est ordinairement inséré dans les indults. On réduirait facilement à néant cette preuve, en rappelant à Giovine l'interprétation qu'il donne lui-même du mot *gratis* prononcé

(1) II, Consult. XXIX, § 41, n. 2 et 3.

(2) *Ibid.* § 39.

par le Concile de Trente : « Non obstat ea vox, ... siquidem reapse nihil in gratiam Concedentis persolvitur, etc. »

Nous croyons que cette réplique serait péremptoire. Aussi nous ne dirions pas avec Giovine que la loi de Trente est absolument respectée dans l'institution des componendes. *Gratis*, selon nous, signifiait, dans la pensée du Concile, que les impétrants n'auraient pas d'argent à verser, sinon pour les frais inévitables; mais le Saint-Siège a interprété cette défense et la pensée du Concile, en maintenant que les impétrants ne verseraient rien *in gratiam concedentis*, mais qu'il leur serait demandé une somme pour des œuvres pies. Il n'est personne qui puisse contester au Saint-Siège le droit d'interpréter un Décret de Trente, ou même d'y déroger.

Si l'on raisonne ainsi, l'insertion du mot *gratis* dans les indults accordés aux Évêques pour dispenser de certains empêchements, a bien la portée que lui donne Giovine, et prouve que le Saint-Siège entend maintenir la loi de Trente, et refuser aux Évêques le droit de prendre une componende proprement dite. Volontiers donc, nous faisons nôtre ce premier argument; nous ajoutons même, qu'à moins de circonstances particulières déterminant l'intention du Saint-Siège, l'omission du mot *gratis* dans un indult ne saurait être invoquée pour appuyer le droit d'exiger une componende. En effet, la loi de Trente oblige par elle-même et n'a pas besoin d'être rappelée dans l'indult; par conséquent la dispense doit toujours être accordée *gratis*, sauf dérogation expresse à la prescription du Concile.

Du reste, cette proposition se prouve aussi par les décisions formelles du Saint-Siège. Giovine en cite une qui remonte à 1669. Une collection récente en contient trois autres, de 1807, 1862 et 1869 (1).

(1) *Collectanea...* etc., *ad usum Sac. Miss. ad exterios*, num. 1024, 1025, 1026.

113. — Aussi, devons-nous regarder comme une concession fort importante celle qui est contenue en deux indults de 1809, et que le Bref *Vix nova* annonçait aux Évêques en ces termes :

Preces insuper quæ a nonnullis e vobis porrectæ sunt præ oculis habentes, non negleximus ecclesiasticis viris paupertate et senio contractis ac seminariis diœcesanis subsidia quæ potuimus comparare, concedentes scilicet ut in eorum utilitatem mulctæ illæ a vobis convertantur, quæ ad resarciendum... etc. (1). Quod quidem seminariorum institutum tam utile, tam necessarium, tam sanctum, non possumus non incenso quodam animi studio vobis commendare, ut in iis sana doctrina, puritas morum, perfecta que totius ecclesiasticæ disciplinæ ratio diligentissime constituentur.

Videtur ergo Nos, non in eo quod præsumimus utilitatem Nostram attendentes, sed eorum quibus ministramus ratione nostras ipsas magna ex parte neglexisse, omne detrimentum Nostrum lucrum putantes, modo omnes possimus Christo lucrifacere. Licet enim in tantis nunc ærarii angustiis difficultatibusque versemur, ut tot expensis quæ pro administratione universalis Ecclesiæ et fidei christianæ propagatione Nobis sustinenda sunt, vix ac ne vix quidem pares esse possimus, taxarum tamen omnium quæ Datarie Nostræ debitæ sunt pro singulis dispensationibus matrimonialibus, quarum concedendarum vobis facimus potestatem, jacturam libentissime subimus. Quod vero ad dispensationes illas quas omnino Nobis et huic Sanctæ Sedi reservamus, spondemus vobis indulgentiam Nostram in earundem taxarum solutione Datarie Nostræ faciendam, sic ad eas quoque protendendam, ut nemo de acerba exactione conqueri possit.

114. — Indiquons d'abord une promesse contenue dans ce texte, et qui regarde les dispenses demandées en cour de

(1) V. la fin de cette phrase au numéro 111.

Rome. Le Souverain Pontife tient compte des difficultés qui se rencontrent en France, et il était à craindre en effet que bon nombre de fidèles, ignorants, mal disposés, ne vinsent à refuser une componende trop élevée, et à se contenter du contrat civil. Pie VII promet que la Daterie usera de toute l'indulgence possible et que personne ne pourra raisonnablement se plaindre. C'est pour cela que la Daterie n'exige pas que les suppliques venant de France mentionnent la fortune des suppliants, et qu'elle se contente généralement de la componende qui lui est offerte.

115. --- Surtout, Pie VII permet aux Évêques de prendre une componende pour les dispenses qu'ils accorderont eux-mêmes. La concession annoncée dans le Bref *Vix nova* se trouve, en effet, dans les deux premiers indults de 1809, aussi formelle que possible (1). Il s'agit bien d'une componende : car c'est une somme à percevoir *en sus* de la taxe destinée à couvrir les frais; cette somme est à employer en bonnes œuvres; les bonnes œuvres sont même déterminées, et une condition est prescrite pour empêcher tout abus, à savoir, la tenue d'un registre public, indiquant la perception et l'emploi de l'argent.

Il va sans dire qu'il en est de cette concession comme de toutes les autres. Les Évêques devaient s'en tenir strictement aux termes de l'indult, c'est-à-dire : 1° N'exiger la componende que dans les cas permis, et, par conséquent, n'en point demander lorsqu'ils accordaient une dispense après un mariage contracté, parce que le troisième indult, qui concerne ces dispenses, ne mentionne pas la concession ; — 2° Employer les componendes perçues pour les deux œuvres désignées ; — 3° Tenir exactement le registre prescrit. L'indult ne dissimule pas que ces différentes prescrip-

(1) Voyez plus haut, pag. 387 et 388.

tions obligent sous peine de péché grave : - *Graviter onerata super his omnibus* Episcoporum conscientia. -

116. — L'important serait de constater si cette concession n'a pas duré plus que les indulgences de 1809, ou si elle persévère encore. L'indult pour tous les cas occurrents était valable pour cinq ans; il expirait donc le 27 février 1814; l'indult pour les cas urgents devait durer jusqu'à la fin de 1810 seulement. Nous avons donc à rechercher avec soin ce qui s'est passé à ces deux époques; il nous faut savoir si les indulgences ont été renouvelées, en quels termes, si ces termes subsistent encore : cet examen peut seul nous fournir les renseignements nécessaires pour trancher la question.

117. — Quant à l'indult pour les cas urgents, il a *peut-être* été renouvelé une fois, mais après ce premier renouvellement, nous croyons qu'il s'est passé dix ou quinze ans pendant lesquels les Évêques de France ne le demandèrent ou ne l'obtinrent plus. Ce n'est donc pas cet indult qui nous servira pour l'éclaircissement de la difficulté actuelle.

Le premier renouvellement, s'il a eu lieu, aurait été accordé en des circonstances bien pénibles. En 1810, Pie VII était prisonnier à Savone; dix-neuf évêques lui adressèrent une lettre collective dont nous trouvons l'analyse dans un rapport de l'Archevêque de Tours à la Congrégation générale du Concile national de 1811. Il s'exprime ainsi :

Au mois de mars 1810, dix-neuf Évêques, réunis chez M. le Cardinal Fesch, eurent l'honneur d'écrire à Sa Sainteté une lettre par laquelle ils sollicitaient respectueusement l'ampliation des pouvoirs extraordinaires relativement aux dispenses, ainsi que l'expédition des bulles pontificales que réclamaient depuis longtemps les besoins des églises privées de leurs premiers pasteurs.

Cette lettre est surtout remarquable par l'expression des sentiments d'amour et de révérence filiale pour le Saint-Siège,

que rien ne peut affaiblir dans le cœur des Évêques de l'Église Gallicane.

L'ampliation des pouvoirs extraordinaires relativement aux dispenses, n'ayant pas un rapport immédiat avec notre députation, nous ne vous en dirons pas autre chose, si ce n'est que les Évêques réunis ont pensé unanimement que tels étaient la grandeur du mal et la nécessité d'un prompt remède, que si la réponse de Sa Sainteté ne leur parvenait pas, ils se verraient contraints par le seul fait et par la force des choses, d'accorder momentanément ces dispenses.

Telles sont littéralement les expressions de la lettre des dix-neuf Évêques à Sa Sainteté en date du 25 mars 1810 (1). . . .

Cette lettre... est signée par S. A. E. le Cardinal Fesch, par MM. les Archevêques de Toulouse, de Tours et de Malines, et par MM. les Evêques de Verceil, Cazal, Orléans, Trèves, Nantes, Chambéry, Amiens, Arras, Metz, Troyes, Versailles, Meaux, Autan, Montpellier et Soissons.

Le Pape, disent les auteurs, eut la bonté de répondre à chacun des Prélats signataires : il leur accorda les pouvoirs

(1) De ces expressions, on peut rapprocher les suivantes, relative au refus d'institution canonique des Évêques nommés par l'Empereur : « Nous ne chercherons pas à pénétrer les motifs qui dirigent Votre Sainteté dans le parti qu'elle semble avoir pris à l'égard de l'institution canonique des Évêques. Mais nous croyons devoir lui représenter avec le respect que nous devons à sa dignité autant qu'à ses malheurs, que, quelque soient ses refus, quelque soient les motifs de plainte qu'elle puisse avoir d'ailleurs, quelque fondées que puissent être ses répugnances, quelque dure et pénible que puisse être sa situation, il n'en est pas moins évident que, dans toutes les suppositions possibles, elle ne devrait pas persister dans une résistance qui doit nécessairement avoir un terme. » Reprenant le style direct, le rapport de l'Archevêque de Tours continue ainsi : « En terminant cette lettre mémorable, les dix-neuf Évêques conjurent de la manière la plus touchante Sa Sainteté de ne pas abandonner l'Église de France à elle-même en refusant de lui donner les Évêques qu'elle réclame, et de ne pas la réduire ainsi à la triste nécessité et à l'extrémité fâcheuse de discuter les moyens de pourvoir à

extraordinaires qu'ils demandaient, parce que le besoin en était vraiment urgent, et ne fit pas allusion au reste de la lettre. Nous n'avons pu trouver cette réponse de Pie VII ; il est peu probable, d'après la teneur même de la supplique, qu'elle contint seulement un renouvellement de l'indult pour cas urgents de 1809, qui, du reste, à la date du 25 mars 1810, n'était pas encore arrivé à son terme ; il y a tout lieu de croire que le Souverain Pontife prisonnier, accordait des pouvoirs même sur les empêchements ou les degrés non compris dans cet indult. Mais, encore une fois, rien, de ce côté, ne nous apporte la lumière, sur la question que nous examinons dans cet article. Il faut nécessairement se tourner vers les autres indults de 1809 et rechercher en quels termes ils ont été renouvelés.

118. — Le 23 janvier 1814, le Pape, prisonnier depuis si longtemps, quittait Fontainebleau, et le 24 mai, il arrivait à Rome. Nous pourrions citer un des premiers indults expédiés pour la prorogation des pouvoirs de 1809 ; il est adressé aux Vicaires Capitulaires de Nantes, et daté du 19 août 1814 ; nous aurons à y revenir. Mais nous préférons citer *in extenso* l'indult accordé au Mans, parce qu'il est plus complet.

Ex Audientia SSmi, die 8 decembris 1815.

SSmus, attentis peculiaribus circumstantiis, et ex speciali gratia Episcopo Cenomanen infrascriptas facultates impertitur, quibus ad annum a die receptionis præsentis Decreti computandum, si tamdiu necessitas exigat, uti possit, facta in singulis actis expressa mentione hujus Apostolici indulti :

1. Dispensandi in matrimoniis nulliter initis ad tramites Apo-

sa propre conservation. » L'Archevêque de Tours voit « en cette péroraison forte et respectueuse l'annonce d'un Concile national et la nature des résolutions qu'il pourrait prendre. » Ce n'est, hélas ! que trop vrai.

stolici indulti alias præfato Episcopo concessi die 27 februarii 1809, cujus initium - SSmus Dominus Noster, - servatis conditionibus in illo contentis.

